[illegible] 108.
[illegible]

[illegible]

[illegible] Andreae
([illegible])

MENIPPUS

Sive

DIALOGORVM SATYRICORUM CENTURIA

INANITATVM NOSTRATIVM SPECVLVM.

In Grammatticorum gratiam caſtigatum.

L. S.

Ficta crudeles pietas tyrannos impios mores ſtola fimbriata cedat; in panno tenui recondit nuda ſe virtus, tuguri ſub umbrâ ruſtici, nec ſe titulis ſuperbis vendit: inſanoſq; fori tumultus ridet, & plauſus popularis aura, nec cliens magni foribus patroni aſſidet: Vita tacitos beata rure ſecreto ſibi noto tantum exigit annos.

COSMOPOLI

ANNO

M. DC. XVIII.

ANTIPODES.

Viri boni, ſimplices & cordati ſalvete.

MItto ad vos, optimi mei, imaginem noſtri hemiſphærii, non Apellis penicillo, ſed fortuito carbone delineatã. Nulla lucelli à vobis ſpes eſt, niſi collationis cum rebus veſtris deſiderium. Agite ergo, ſi quod apud vos ęque, aut minus abſurdũ, communicate, poſtquam eundem nacti ſumus globũ ſcabroſiſſimum. Stilus hic nullus eſt præter parrhiſiam, Autores nulli, quam oculi, aures, tactus: Encomiaſten pudor cohibuit: teſtis Sol eſt quem ad vos exoravi internuncium. Vivite & commiſeremini. Ad Boreum poli 50. gr. elevati,

V.

Menippus.

LECTORI ÆQVANIMO S.

ETſi ab omni ævo veritatis ſtudium æque fuit, ac odium; illudque inter truculentiſſ minas nunquam cohibitum, hoc in clariſſima luce nunquam intermiſſum: raro tamen inter homines fuit utriusque idem meritum, & libertas linguæ apud pauciſſimos rerum humanarum, temporisque arbitros innoxia. Nam cum mundanæ ſcenæ actiones naturali quaſi motu, è luce in tenebras, à ratione ad opinionum conflictus ſubinde demergantur, nunquam tutum fuit vel properanti hominum declinationi obloqui, ne dum propendenti tantæ moli obniti velle. Itaque quotquot veritatis patrocinium ſuſceperunt, temporis fortaſſe felicitate, aut facilitate principum invitati, vix ſane eam vel ſatis, vel diu ab opinionum tyrannide liberarunt, ſed conatu in re laudabili exhibito, ubi rem periculoſiſſimam juxtà ac laborioſiſſ animadverterunt mentem impune explicaſſe ſatis habuerunt. Hinc eſt, quòd Philoſophorum illi in-

genioſiß. labores fruſtra fuerunt, quibus cœlum, terras, maria, ipſumque hominem ad veritatis bonique amußim revocata, examinataque voluerunt, magnis voluminibus ob eam rem confectis, obtinente ſemper humani cerebri vertigine, temporis variabilis lubricitate, & machinæ huius noſtræ mobilitate, uſque dum Chriſtus noſter, veritas, bonitasque ipſa & orbis ſalus, obambulans, & Mundum necquicquam inclamans, palàm nobis monſtravit, non eſſe quod porro de eo ſperemus, aut labores niſi in caſſum impendamus. Tenebrarum ſcilicet regnum eſſe, & turbinum, ubi quicquid coueris, æthiopes nunquam albeſcant, cœci luce delectari haud poßint: obiurgandum tamen eſſe, ut cùm ſupremo Iudicio de ſingulis decreturus ſit, auditæ veritatis conſcientia torqueatur. Ab eo tempore cum Sathanæ odio optimus quiſque conflictatus, veritatis confeßione ſuis proſpectum ivit, & ob hoc unum nomen ſemper irriſus, accuſatuſque, frequenter Eccleſiæ agros fideli ſanguine irrigavit, donec nobis ad orbis terreni feces devolutis tantum eſt ab utraque parte concertationum derelictum, ut multitudine

tudine & jam ſelectione deſperatiſſime laboremus. Exinde multi ab omni ſeveriore colluctatione abſterriti, ad querelas facile convertuntur, & veluti iniquiſſime habiti, quod primum in buccam venit, impatienter, tumultuarieque effundunt. ſatis abundè ſublevati, ſi quis ſaltem inoffenſus lamentantes exaudiat, quantumvis ſubſidium nullum, auxiliúmve admoveat. Nam cum ſub clariſſima Evangelicæ lucis, artiumque excellentiſſimarum reſtitutione, pro qua B. Lutherus ſeculi noſtri Heros invictiſſimus, cum tot aliis, & illuſtribus athlétis, tantopere depugnavit, ad meras vitiligines, paganiſmos, phantaſmata, quisquilias, & larvas, magna tyrannide, turpíq; impoſtura detrudamur, nec vel Chriſtianiſmi, vel eruditionis, vel humanitatis decora, niſi ſola nominis jactatione, tueri permittamur, ſed eorum ludibrio, & libidini penes quos Mundanæ fabulæ actio eſt, perpetuo ſimus expoſiti, nemo miretur inter tot carceres, & compedes ſingultus noſtros, ac murmura nonnunquam exaudiri, & cum emendationis ſive liberationis ſpes omnis abſit, in cõſolationem, & tædij fallimenta ea nobis exci-

dere. Tale quid & noſtrum hoc præſens eſt Varie quidem de multis res noſtras vel ſacra vel prophanas affligentibus querulum: ſed nequaquam ſive in Religionem noſtram divin munere repurgatam, & Auguſta confeſſione concordiq. explicatione invictam, ſive in honeſtiſſimas leges, quib. virtutes laudatiſſima reguntur, ſive in vitæ humanæ decentes ordines, quorũ diſcrimine Chriſtiana ſocietas cõſtat. ſive in elegantiſſimas artes, quarum miniſterio humanũ ingenium ſe explicat, injurium; quib. quantũvis reb. humano generi maxime ſalutarib., cũ humana vel tyrannis ve calliditas non pepercerit, quin iis involuta, cõtra humanam nobilitatem, tranquillitatémque abuteretur. facile fuit in ſingulis aliquia annotare, quo iniquitas rei, vel doli evidentia etiam ſimplicioribus proderetur. Vt enim in pulchra facie, macula ſi qua aſperſa eſt, facile obſervatur, ita oſtendit, quæ Chriſtianiſmi noſtri limpitidas candorque ſit, omnem ſimul indignitatem, fraudulentiamque detegit, notandámque humanæ ſocietati propoſuit. Cujus rei etſi uſus iſte nequaquam eſt, ut mi

ut miteſcant, erubeſcantve, qui ſic male merentur, vel opinionem vulgus, quam de iis habet, minuat, nobis tamen non injucundum ſit monſtraſſe, quàm ſe nunquam illi ſatis tegant, tenebriſque involvant, quin aliqua turpitudinis parte nobis pateant, quàmque veritas confeſſa unica cathena ſit, quæ ex latibulis invitos etiam protrahat: nam ut reliquum hominum genus illata injuria ex abditis provocat: ita hos agreſtis veritas, contra quam aut depugnare habent neceſſe, aut, quod tantopere reformidant, eſurire. Dum igitur illi tales mala nobis dicunt & intentant, nos Eccleſiam Dei, & Chriſtianam rempublicam, ac humanam eruditionem omnemque ſimul rationem obſecramus: quandoquidem præter vitæ doctrinæque conſenſum, præſentis præteritique junctam obſervationem, præter naturæ veriorem interpretationem nihil quicquã quærimus, neminem etiam, niſi qui palam in labores, ſumptus, patientiamque noſtram injurij ſunt, increpamus, patiantur nos hoc ſtrepero & ſcripturiente ſeculo, querelis aliquantum indulſiſſe, quod ſi omnino nos mercenarij hæreſeos accuſabunt, & patriæ prodi-

 tores

tores perduellionis reos facient, ac linguarum, artiumque imperitiſsimi barbariem imputabunt, feramus id cum bono Deo, ac unam hanc vocem opponamus, niſi Mundus pronunciaſſet hæreticos, Chriſtus non haberet martyres. Tu veró, candide Lector, qui veluti prudens peregrinator in Orbis mei foro libere obambulas, cum & illos inſpexeris, nos audiveris, re omni tecum accurate penſitatâ ſi impatientiores videbimur, libere increpa; ſin juſtè accuſaſſe perſuadebimus, noſtri miſerere, deniq; tui ipſius, ac laborantium bonorum memor, in rem à Deo injunctam abito. Vale.

ENCY-

I. ENCYCLOPAEDIA.

A. SALVE Magiſter. *B.* Et tu,mi homo. *A.* Daturus tibi ſum filium. *B* Ego redditurus. *A.* Quomodo? *B.* Doctum ac felicem. *A.* Præclàra ſunt hæc, at tu obſecro, id explica. *B.* Diſcet ex me perſuadere hominibus quicquid voluerit, & veritatem indagare ubique, & Naturam noviſſe omnem, & cœlum ſcrutari exactè, & vitam formare perfectè & cives regere prudenter; & Deum habere familiarem. *A.* Obſtupeſco. *B.* Quid ita? *A.* Te aliis conferre,cuius tibi nihil reſervas. *A.* Nihil? *B* Omnino: nā nec mihi hoc perſuades, nec veritatem dicis; nec Naturam habes amicam,nec cœlum propitium; nec vitam bonis probatam, nec cives obſequentes, nec Deum clementem. *B* Iniuria hæc eſt. *A.* Imò benignitas, qui nihil durius in te ſtatuo, quod verba daturus eras pro ære præſente. *B.* Experiendum prius erat. *A.* Niſi puer meus homo foret, & filius meus: quem ſi tuo ære conducere velles ad periculum faciendum, inſanus conſentirem. *B.* Quid ergo huc veniſti? *A.* Vt te præſens intuerer,qui tot patribus imponis. *B.* Impoſtorem aliquem? *A.* Ita certe; nam cum ipſe ingenio ſis ſtupido

moribus impuriſſimis, mirum eſt te hominum flori potuiſſe præfici, & hoc magis, cum neminem meliorem reddas, ſubinde alios habere quos decipias. *B.* Neminem? *A.* Nomina aliquem. *B.* Imo multos. *A.* Vnum. *B.* Vah obruor numero. *A.* Eiice, qui primus in bucca *B.* Tibi ego luſui ſim? *A.* Tibi ego filium credam? *B.* Tuum ego truncum formem? *A* Tuas ego nugas emam? *B.* Tuis ego ſordibus miſcear? *A.* Tuas ego virgas adorem? *B.* Meis ego deliciis caream? *A.* Meis ego pugnis parcam? *B.* Itaque non committis filium? *A.* Non equidem ſi canis ſit, reliquis charior.

2. *VOCATIO.*

A. UNde tu triſtis? *B.* Ex adytis. *A.* Quid tu ibi. *B.* Ambibam ſacerdotium. *A.* Nefas, vocandus eras. *B.* Inepte; ſiquidem aliud velim operiri ſeculum. *A.* Itaque ambire oportet? *B.* Imò emere. nam in tanta ambientium turba ſi nummi fuiſſent non iam dolerem, *A.* De vocatione vero ecquid? *B.* Ea debetur, quib. ius primogenituræ eſt, aut hæreditatis. *A* Obſcurè loqueris. *B.* Sic decet in myſteriis. *A.* Itaq; aut nomen, aut argentum ſubſternitis ſacræ functioni? *B.* Sic tẽpora volunt *A.* Et animarũ curam emitis? *B.* Cogimur? *A.* Venditis? *B.* Si ſpes lanæ pluris ſit. *A.* Nihil hic conſcientiæ? *B.* Paupertas prohibet. *A.* Scilicet ad ſacerdotale otium tanto numero à parentibus deſtinamini, ut arcendi ſitis ab Eccleſiâ, non exorandi. hinc qua primum ingre-

ingredimini dic, res veſtras, non eius agitis. *B.* Alendi ſunt noſtri. *A.* Siquidem Eccleſiæ cura alimoniæ vel diteſcendi potius ſpecies eſt, haud poſthac mirabor, ſi huic rei unice incumbatis. *B.* Non unice, ſed poſt ſacros ſermones habitos. *A.* Quid ſi ille ipſe ſermo tuus ſacram pauperiē perſuadeat? *B.* Aliud cathedræ, aliud Oeconomiæ convenit. *A.* Aut liberalitatem hominibus commendet? *B.* Siquidem in Sacerdotem & res ſacras conferre quid velint. *A.* Aut hominem ad maiora feſtinantem, Dei vocationem expectare iubeat? *B.* Ea eſt ſuperiorum favor: nam quis è cœlis loquentem Deum expectet? *A.* Tu vero credis per hos nundinatores Deum tibi oves ſuas vendere? *B.* Illos imperare, me ſequi par eſt. *A.* Vides nempe quo fundamento illa tua iactantia inſiſtat, qua de ordinarium, legitimum, vocatum, Dei legatum, interpretem, & diſpenſatorem ad populum proclamas? *B.* Interim verbum Dei doceo. *A.* Quid ſi idem faciat vir bonus ex plebe, animo devoto, corde integro? *B.* Atqui latinè neſcit? *A.* Deum germanum nobis explicet. *B.* Methodum neſcit? *A.* Scripturæ utatur. *B.* Examen non ſuſtinet. *A.* Et id permulti è vobis ægerrimè. *B.* Locis communibus inſtructus non eſt. *A.* Perlegat libellos veſtros translatos. *B.* Neſcio quid velis. *A.* Id certè, neque illum neque te ad Eccleſiam verè vocari, ubi vel conſuetudo, vel nomen, vel cognatio, vel grammatica, vel argentum, vel ſolicitatio, vel interceſſio, vel lucri quæque ſpes vos Eccleſiæ obtrudunt.

3. POLEMICA.

A. SAtis librorum. *B.* utinam & emptorum! *A.* Veſtra culpa eſt, qui nos titulorum varietate obruitis. *B.* Vt ingenia ſunt varia, ita ſerviendum iis eſt. *A.* Atqui nihil hic meo ingenio. *B.* Prophanum oportet eſſe. En meditationes, precationes, ſoliloquia. *A.* Superſtitioſorum ſunto, enthuſiaſtarum, muliercularum. *B.* At Chriſtianiſmi hic epitome. *A.* Operoſi illius, & ſub quo vivere nemo velit? apage. *B.* Heraclitùmne vis, an Democritum? *A.* Hunc deflendum, illum ridendum? *B.* Quid vis tandem? *A.* Primùm armaturam aliquam Theologicam, qua adverſarios ſimul omnes impugnem & depugnem. *B.* Sane ſi chartaceam velis, diſquire Polemicos meos; ſin veram, una pietate invictus eris. *A.* Stupere me vis, ego verboſam quæro victoriam. *B.* Quam nunquam admittet loquaciſſimus Sathan. Sed an præter id aliud quæris? *A.* Normam concionum perfectiſſimam. *B.* Quam ſuggeret Spiritus devotè advocatus. *A.* Afflatum tu expectabis? *B.* Non equidem Enthuſiaſmum, ſed ſacri ſpiritus cohabitationem, tibi vero pro ſpiritu memoria eſt. *A.* Quid ita? *B.* Quia quantum ediſcis, tantum ais divini habere mandati ad homines. *A.* Meritò; nam illi ſcriptores dictatorem habuerunt ſpiritum. *B.* Tu verò quin ipſe precibus aliquid à Spiritu impetras. *A.* Non is mihi donorum gradus. *B.* Itaque recitator es. *A.* Imitator malim, *B.* At ego lecto-

rem

em te vellem, quod tutius foret, & magis ingenuum. *A.* Id quidem cuivis promptum foret, nec literarum & ſumptuum indigum. *B.* Sanè id conveniebat, ut tot ſumptibus ad ſalutem animarum procurandam habilior reddereris, vel faceretis eandem nobiſcum in rebus ſacris ignorantiam. *A.* Tune præclaras ſophiſmatum ſolutiones, & doctorum laudabilem imitationem appellabis ſumptuoſam ignorantiam? *B.* Vix dixerim; niſi quod mirum valde eſt, vos verbis omnes velle refutare, operibus allicere neminem; dein ſacra omnia ex præſcripto recitare, cum Deo, cuius nomine profertis, nihil habere commercii.

4. *MACCHIAVELLVS.*

A. QVid focum inſtruis? *B.* Sic iubet pietas. *A.* Pietas ignea? *B.* Perdendus eſt homo peſtilens. *A* Quibus ille, an Ariſtoteles? *B.* Et hæc vox comburenda foret. *A.* Fac ut lubet, tu vero reum mihi monſtra. *B.* Florentinus ille nebulo eſt. *A* Vah! Macchiavellus, homo miſer & planiſſimè fatuus. *B.* Atqui hic verſutiſſimorum omnium ingeniorum pater eſt, quem utinam terra nũquam tuliſſet, aut orcus ſuſcepiſſet recentiſſimè natum. *A.* Itáne intolerabilia ſunt quæ ſcripſit ineptus? *B.* Vt quæ maxime; ſed ineptum cur vocas? *A.* Quia quaſcunque animadvertit rerumpublicarum noxias maximas, & arcana imperiorum, auſus eſt propalare, magna certe ſua infamia & odio. *B.* Quid? nonne ille nequitiarum autor & conſultor eſt? *A* Nequa-

quam: ſed proditor, atque nimium ingenuus, qui non erubuit dicere, quod alii non cogitant tantùm, ſed credunt firmiter, & tota vita uſurpant. *B.* Cur ergo cuncti deteſtantur hominem? *A.* Merito. nam qui dominantur dolent artes ſuas detectas; qui conſiliarii ſunt, ſuccenſent conſcientiam tactam; qui ſerviunt, primum ſtolidè infremunt, quaſi ex Machiavelli cerebro enata ſint hæc mala, dein hac miſeriarum ſuarum lūce excruciantur *B.* Qui certus ero de Macchiavelli innocentia? *A.* Si in præſens, & prætergreſſa ſecula curioſe inquiras. Nam videbis permultos qui iuri præſident, iniuſtiſſimos: qui religioni, maxime impios; qui eruditioni, imperitiſſimos; qui laboribus, otioſiſſimos; qui humanitati, monſtroſiſſimos. *B.* Id ego ex Macchiavello didiciſſe credidi. *A.* Imò à Mundo, cuius ille ſagaciſſimus obſervator, & ſimpliciſſimus recitator fuit. *B.* Saltem pereat, qui tot mala ei inſunt. *A.* Quod ſi id velis non ligna tibi, non focus ſuffecerint; tu vero rem Deo committe, cui univerſa Mundi malitia cognita eſt, ut eam eludat ſapientiſſime. *B.* Vivétne Machiavellus? *A.* Viuet; ſi nullo alio nomine, certe: quia humanæ nequitiæ apertiſſimus teſtis.

5. APOSTASIA.

A. SEmpérne lugebis? *B.* Nec unquam ſatis. *A.* Speremus meliora, nec enim Deo eripientur ſui *B.* At de poſteritate quid fiet? *A.* Idē quod de nobis, antequam Maiores noſtri agnoverunt lucem. *B.* Neſcio quam videntur

mihi

mihi nimium multi religione liberiùs iudicare, frigidiùs ſentire, iniquiùs ſtatuere. *A.* Falleris, qui metuis: Eccleſiæ nam ut maxime ea lucis nunc minus, nunc plus habeat, Deo tamen ſemper ſplendet, nec terrenorum nequitiâ maculatur. *B*, Nonne hæ maculæ ſint, integras terras, & tantum reformatorum gregem Chriſto renuntiare? *A.* Atqui id Mundus univerſus & dudum fecit, & faciet porro: niſi credis Chriſtum minùs impietate, quàm erroribus offendi. *B* Anne etiam apud nos? *A.* Omnino: nam Chriſtiana confeſſione velle ſinceriſſimos omnium eſſe & ſcripturæ ad unguem conſentaneos, moribus nullis meliores, quid aliud eſt niſi Chriſto turpiter illudere? *B.* Nunquam mortales abſque defectibus erunt. *A.* Nunquam ſane; at tu, quæſo, tecum cogita, quæ blaſphemiæ, luxus, libidines, vanitates, rapinæ, iniquitates, voluptates, impoſturæ inter nos publicè tolerentur, aut propemo dum approbentur. Quæ omnia cum nihil omnino cum Chriſto habeât commune, quid intereſt quam iactemus religionem? *B.* Nonne ſevera ſunt in ſceleratos iura, & pœnarum exempla frequentiſſima? *A.* In imbecillès utique: potentiores elogiis puniuntur. *B.* At hi Chriſtum iudicem expectant. *A.* Optimè, vides quippe res noſtras in iſta rerum publicarum minùs Chriſtiana adminiſtratione Deo ipſi relinquendas eſſe, qui ſuo arbitrio hoc tempus ita moderatur, ne piis fraudi eſſe poſſit. *B.* Quid interim veritatis aſſertoribus debebitur? *A.* laus ingens, quæ tum demum plena foret, ſi eoſdem ſpiritus ad imitan-

dum

dum,quos ad aſſerendum Chriſtum proferrent. *B.* Fiet id opinor , ſi quod experimentum ætas noſtra exigat. *A.* Imò Chriſtus id exigit, eſtque hoc unicum quod religionem nobis ſartam tectamque ſervabit *B.* Sperabimus. *A.* Agamus potiùs, & tentemus, ne eidem ſcientiæ ſubſcripſiſſe cœculi, & diverſas vita prophana exprimere dicamur. *B.* O felix tum Concordia. *A.* Felix certe atq; id niſi ſit, non ullam aliam nobis metuo religionem,niſi nullam.

6. *PRAECEPTOR.*

A. Tane acquieſcis? *B.* Delicatus ſim,qui præſente felicitate quiriter. *A* Laudo oportunitatis uſum ſed an diuturnnum credis? *B.* Omnia præſagia perſuadent. *A.* Quæ illa? *B.* Humilitas,candor,liberalitas,pudor,diligentia pietas diſcipuli, ſcilicet ſemina herois ad populorũ ſalutem aliquando imperaturi. *A.* Magnifica dicis, quibus nos votum meritò addimus; interim hæſito. *B.* Fruſtrà. In mea manu ingenium eſt,his digitis formabitur tàm flexilis cera. *A.* Quibus obſecro artibus *B.* Nobiliſſimis; imo univerſæ Philoſophiæ medullis: nec enim ad literatorum regulas erudietur, ſed planiſſimè naturæ elegantiis. *A.* Miſeret me tui. *B.* Mei vero, qui paratus ſum tibi, tuiſque interceſſione favere. *A.* Tu ſenio tuo iamiam proſpicito, quod,aut maxime fallor,ignobile habebis,& miſerum. *B.* Deſipis. *A.* Neſcis tu, illas tuas literas in paucos admodum annos tolerabiles,monita, excuſabilia,fidelitatem non capitalem? *B.* Non capio.

:apio. *A.* Tum demum ſcilicet cum alii tibi ſuc-:edent magiſtri, longe acceptiores: quos non ?allas dabit,ſed Iupiter, Mars, Venus. *B.* Oedi-ous es. *A.* Ex quo enim ingenia non Chriſto, & ·eligioni, ſed Mundo formanda poliendáque :raduntur, fieri non poteſt, quin vitia virtutum ocum occupent, & ab his capitibus in membra lefluant. *B.* At hic monitis meis locus. *A.* Ri-liculum caput, qui torrentem luto obſtruere :onaberis,neç audiendus poſthac, & ad tot Ca-:onum adulationes obſtupeſcens, indeque bis niſer,& anxius, ne offam perdas, intempeſtivus nonitor, vel grammatices decus piacules, equi-onum fraterculus. *B.* Nihil ſolatii ſupereſt? *A.* mò verſiculi quibus inter ſolennia frigide ob-trepas, aut perſcribendis ſupplicibus libellis vi-æ tædiis imponas. *B.* Omen abſit! ego tamen Plutoni ſi forte liceat, litabo. *A.* Vt lubet, me-mineris autem te urſæ catulum alere, qui ubi a-dolc verit,minus tibi ludos faciet.

7. *DECLAMATOR.*

A. NVnc fidem libera. *B.* Lubens ſi feras. *A.* Spondeo. *B* Si iraſcaris, tibi imputes,qui urges hominem liberum. *A.* Audacter profer-to,ſi quid concioni meæ defuit. *B.* Vnum ſane atque maximum. *A.* Diſpoſitio ne? *B.* Puto fuiſ-ſe ad methodi regulas. *A.* Pronunciatio? *B.* Satis eſt te loqui,qualem Deus formavit, & imitatio-nem vitare. *A.* Actio? *B.* Perinde eſt, ſi geſticu-latio abſit,adſit modeſtia, *A.* Prolixitas? *B.* Si bo-

na di-

na diens nunquam nimium erit, ſin mala omnia nimia. *A.* Teſtimoniorum frequentia? *B.* ſiquidem centonem facere velles, *A.* Feſtinatio? *B* Scilicet docere convenit non blaterare. *A.* Vocalitas? *B* Hominis vocem amo, non ruditum aſini. *A.* Subtilitas? *B* Tute ſcis rudes erudiendos, non hæreticos hic conveniendos eſſe. *A.* Quin ego temet explicas? *B.* Accipe: viſus es mihi multa valdè bona dixiſſe, ſed quæ te tantùm transfluxerint, veluti tubulum. *A.* Itane? *B.* Inſuper quæ ſordibus tuis nonnihil turbata ſint, & tranſitum redoleant. *A* Bona verba. *B.* Equidem optima: nam cum bona & ſaluberrima præcepta eieceris, nihil tale quid in vita, moribuſque eſt expreſſum, ut œſtro velut actus dicere aliud, aliud ſentire mihi apparueris credituſque ſis tandem, qui hæc ſacra tua velut conſueta & ſolennia verba proferas, nullo interim tuo veriore motu, Poëtarum inſtar, qui lugubria & læta aliis præſcribunt. Itaque plurima ſcripturæ dicta in numerato quidem habes, ſed quæ te nec commonefaciunt, nec ſolantur, nec afficiunt, nec roborant, dum alij unicæ verbi Divini conſolationi hilares immoriuntur. *A.* Valide urges. *B.* atqui palam eſt peſſimos aliquos optime concionari imo quosdam prætcrquam concionari nihil poſſe. Velim igitur te poſthac non niſi ea dicere, quæ vel reipſa exemplo exhibeas tuo, vel tentaminibus ſeriis in Divino obſequio approbes. *A.* Durum id eſt. *B.* At longe durius palam te Deo operibus contradicere, & ſacrum cultum inanibus verbis terminare

re. *A*. Vera dicis fateor. *B*. Sed & hæc veriſſima credito, unam ſimplicem concionem vitâ repræſentatam, præſtare mille ingenioſiſſimis declamationibus.

8. *SALARIVM.*

A. POteſne ferre unam quæſtionem? *B*. Etiam duas. *A*. Dic mihi ſine bile, quid eſt, quod in conventibus veſtris nemo exaudit Chriſtiani regni profectus, & pietatis exercitia, ſed varia mercimoniorum genera, quibus ſalaria veſtra æſtimatis, & confertis invicem. hic vini ille fœni, hic lignorum, ille olerum, pecoris alius alius obſoniorum opportunitatem iactat, ut nundinatores vos, aut caupones, vel uſurarios ſanè credat, qui veſtitum non bene diiudicat. *B*. Dicam ingenuè quod mihi videtur. Qui religioni præſunt inter ſe & filios, terram, qua pinguis eſt, optione dividunt, indeque ſibi velut per ſcalas ad rerum faſtigia ſuccedunt. Nos miſelli ad lapidicinas damnamur, laboréſque tantò duriores, quantò in conſanguitatis arbore ramuſculis inſidemus remotioribus, ſuſcipimus: hinc ceti nec ſtudia noſtra æſtimari, nec querelas exaudiri, nec plebeculæ rationem haberi, ad ea deſperabundi devolvimur, quæ domi nos mitius & lautius vivere faciant & prolem ſuccreſcentē ita nutriant, ne adorare illos, & inclemētiam experiri ſit neceſſe. *A*. Quid ſi locus minus conveniat negotiationi cui inclinas? *B*. Commutandus eſt: nam & id precio licet. *A*. At fieri poteſt ut his ovibus minùs ſis gratus, quàm illis? *B*. Ne-

B. Neſcis tu quosdam ſe obtrudere quoſdam invitis obtrudi, alios intrudi, extrudi alios, ac interdum oves paſtoribus, interdum paſtores ovibus dari in pœnam. *A.* In pœnam? *B* Omninò; ſunt enim ſuppliciorum quædam loca, delinquẽtibus diſtribuenda *A.* Etiam cognatis? *B.* Abſit nam hi privatim emendantur, illos ruſticorum impietas coerceat. *A* Quid ſi eiusdem ſitis cũ ruſticis impietatis haud enim helluaris quod arbitror minus? *B.* quis non inter barbaros hos obrigeſcat. *A.* Atqui Chriſti Apoſtoli ferinos planè cicurârunt. *B.* Alia ſunt tempora. *A.* At non alius Chriſtus. *B.* Eruditio oppidis debetur: imperitia pagis. *A.* Si ſanctitas vitæ adſit, valeat eruditio. *B.* Non ferunt hæc inculta loca. *A.* At dum Eccleſia vobis eſt inculta, puto neglectoribus omnibus deſtinatum ſupremi ſupplicii locum.

9. PROVERBIA.

A. ID equidem haud laudo, quod nulla diei diſtributione in ſtudiis volutaris. *B.* Ignoſce mihi, nunquam potui ad clepshydram ſapere. *A.* Atqui natura ipſa in certa tempora operas diſponit. *B.* Sit ſane alibi, ſtudia animum integrum, non horologiis ſecandum volunt. *A.* Hoc vero ſtudium haud eſt, legere proverbia luſum ego dixerim. *B.* Ego vero humanæ ſapientiæ, & laborum omnium compendium æſtimo. *A.* Vah! vulgi dicteria, & anicularum ſententiolæ ſapientiæ nomen habeant? *B.* Crede mihi, quæ tot laboribus, periculis, erroribus, in

quiſitionibus

quiſitionibus,humano generi conſtitere,ea huic libello incluſa ſunt, ut facilè orbis terreni maximas & axiomata dixeris. *A.* Planiſſimè pro Diatranam diligis. *B.* Scito meras mercuriales ſtatuas eſſe,quæ ſtolidam iuventutem,in rerum omnium experimenta magna ſpe accinctam deviarum admoneant. *A.* Id Philoſophiæ officium eſt *B.* Imo ſenum,qui poſt multas ambages ad ſe tandem defeſſi redierunt, & brevi erroris confeſſione nobis conſultum volunt. *A.* Ecquid doceat tot ſententiarum chaos? *B.* Nempe mundus ipſe chaos eſt, cui te ſecuriſſimè committis; *A.* Rectâ penetrandum eſt, & veritati inhærendum. *B.* Tu veritatem inſequaris? quæ toties obnubilatur, quoties alia temporis, alia ætatis ſuæ facies eſt, non ergo hactenus aliquando aberraſti? *A.* Fatendum: ſed quam procul aſpexi veritatem,eam aſſecutus ſum. *B.* Cave inter verum & fictum malè diſtinguas. *A.* Nec tamen vulgi proverbiis huc utar. *B.* Tu vulgus appellas, ſapientum concionem? *A.* Sint ſanè quædam bona, quis reliquæ turbæ uſus ſit? *B.* Et olitor ſæpè idonea dixit. *A.* At Philoſophi ſemper optima. *B.* Vix ullum credo Philoſophum natum, qui non ex hominum turmis ſuam formârit ſapientiam. *A.* At quæ iam conſcripta eſt, ſecuriſſima eſt. *B.* Neſcio; eius ſanè certiſſimus ſum, qui nobis ſapientiſſimi creduntur, & omnium ſcientiarum libros evolvunt,eos ad unum alterumve domeſticum experimentum formare omnem vitæ ſuæ & alienæ rationem.

10. MEN-

10. *MENDICVS.*

A. SIt tibi bona dies. *B* At mala nunquam fuit. *A.* Vt fortunatus fias quid loqueris? *B.* Nec infortunatus aliquando fui. *A.* Felix eſto: nec enim capio magnifica tua verba. *B.* Sed nec memini me infelicem fuiſſe. *A.* Deus te ſaluet; tu vero apertius loquere. *B.* Libenter, diem bonam exoptabas, at mala qui poſſit eſſe, quam immittit Deus, frigeam, ſudem, torrear, ſitiam, eſuriam, vileſcam, Deum laudabo cuius ea voluntas eſt. Dein fortunatum fieri voluiſti: Nonne fortunatus qui cum Deo conſentit, & ab eo omnia, qualia qualia ſint, accipit, ab eo uno omnia expectat? Denique felicem eſſe iuſſiſti: ita ſum, qui pauperie Deum & omnium rerum carentiâ æmulor, nec voluntatem mihi reſervans, ſed ex Divino beneplacito dependens. *A.* Quid ſi is Deus tuus te abiiciat? *B.* Non poteſt, amplector eum humili caritate, & ſublimi fide, quibus inſolubiliter iunctus ſum Deo, ubi ubi ſit ille, ego cum ipſo ero. Malim igitur in infimis cum Deo eſſe, quam in ſummis ſine ipſo. *A.* Vnde tu veniſti? *B.* à Deo vivoque in Deo, redeoque ad Deum. *A.* Deum ubi reperiſti? *B.* Vbi creaturas omnes reliqui. *A.* Dei ſedes ubi? *B.* Mundum pectus & prompta voluntas. *A.* Quis es tu? *B.* Rex ſum. *A.* Regnum ubi? *B.* Anima mea, cuius imperium à Deo commiſſum ſigero, ne vel exteriores, vel interiores, ſenſus mihi liberè exorbitent: *A.* Quas habes imperandi regulas, *B.* Silentium, preces, patientiam, obedientiam

dientiam, exercitium. *A.* Quæ rei ſumma eſt? *B.* In nulla re quæ Deus non ſit, acquieſcere. *A.* Quæ corona tua? *B.* Animæ tranquillitas. *A.* Malè ſit ergo iis, qui ad ſtrepitus nos vocant, & faſtigia rerum præceptiunculis ſuis promittunt, ipſi interim pulveris terreni viliſſima mancipia.

II. COSMOXENVS.

A. Coſmoxenum paradoxum ecquid vidiſti? *B.* Ineptum illum? *A.* Neſcio: viri boni imaginem credideram. *B.* Eadem ratione Menippi pallium lacerum, & diverſorum pannorum aſſumentis variegatum, perfectam togam dixeris. *A.* Itáne planè nihil habet ſerii? *B* Truncus ſit oportet, non homo, ne dum humanus, talis aliquis Coſmoxenus *A.* Explica mihi *B* Primum cælum hoc viſibile omne non curet: hominum converſationem fugiat, ſenſuum miniſterio non utatur, in extrema rerum indigentia triumphet, in otio labores iactet, atque de Chriſti fraternitate mirifica ſibi polliceatur. *A.* Anné hæc tantopere abſurda ſunt? *B* Abſurdiſſima verò, qualia nec Ariſtotelicus vir bonꝰ & felix, nec Chriſtianus civis, ad hodiernas prudentiæ, ſocietatisque regulas unquam faciet. *A.* Quid ſi quis tale quid attentet? *B* Siquidem velit eſſe hominum ludibrium *A.* Atqui eo vocati ſumus ut diverſa & ridicula vita mundum in nos irritemus *B.* Quem mundum? *A.* Impios intelligo, quorum ubique maxima turba eſt. *B.* Malim ab iis omnino abſtinere. *A.* Tu vero quam cauſam credis,

credis, quod cum Chriſtiani neminem offendant, ridiculi tantùm ſint & commiſerabiles, odio tamen atque extremo habeantur. *B.* Atqui ego negligi tales credidi. *A.* Nequaquam, ſed maxime exagitari; ſcilicet quia aſtutiſſimus Sathan intelligit, ſub hac Chriſtiana ſtultitia, & ridiculis laciniis magnum contra ipſum robur latitare. *B.* Atqui tale quid non animadverti hactenus. *A.* Obſervabis ergo poſthac: in latrones, adulteros, raptores, effractores, tumultuarios nunquam tanta ſolicitudine inquiri, ac in ſilentes, caſtos & pacificos. *B.* Mira ſunt. *A.* At veriſſima: nam ubi primùm diverſum vitæ inſtitutum, quantumvis innocentiſſimum eluceſcit, ibi iniquiſſimis ſuſpicionibus, dein calumniis, deniq; perſecutionibus datur locus. *B.* Quid ſi idẽ libellus iſte expertus ſit? *A.* Tu videris, mihi interim perſuaſum eſt, nec Coſmoxenos facile dari, nec Coſmopolitas modeſtos, ſed mera Mundi inquinamenta & onera.

12. FRATERNITAS.

A. DE fraternitate illa, quæ vulgo circumfertur ecquid ſentis? *B.* Minus magnificè. *A.* Anné etiam nomen obtuliſti, atque fruſtra? *B.* Non ego ad id paſſim video multis obtingere. *A.* Quid ergo, an eſſe tales aliquos credis, an curioſorum ludibrium? *B.* Vix dixerim: niſi quod male me habet tot viros bonos ſpe ſua, & inſolita expectatione excidere. *A.* Id nempe debebatur, quibus præ ſimplici via Chriſti artifi-

cioſa

ioſa aliqua & inſolita arriſerat. *B.* Ego ſanè in-
:gro animo Mundi pertæſus ad illos migrare
olui, nullo lucriintuitu. *A.* Saltem non iniu-
undum fuiſſet, tantâ Naturæ revelatione &
uri theſauris perfrui. *B.* Vtique: ſiquidem ad
:hriſtum propiùs duxiſſent. *A.* Et aluiſſent et-
.m commodius? *B.* Divinaris? *A.* Et eripuiſſet
lundi ſtrepitibus? *B.* Ridesne? *A.* Iam verò, an
›em omnem abiecisti? *B.* Propemodum: nam
:in Magorum, hæreticorum, ut aiunt, aut im-
oſtorum ſuſpicionem veniunt, magnis proditi
convictivoluminibus *A.* Nihil autem tibi illi
ıggeſſerunt? *B.* Nihil equidē, contrà quàm fi-
:m dederant. *A.* Nec admonuerunt. *B.* Ne li-
ra quidem. *A.* Non id quæro, an ad te quic-
uam perſcripſerint, quod nunquam opinor, ſi-
,ſed num inter illa aliquid pro Chriſtiana vita
›nceperis? *B.* Quî poſſim, qui libros illorum
yſticos non habeo? *A.* Biblia conſulito, nam
ec vnicè iactant. *B.* Interpres deeſt. *A.* Is Chri-
ıs ſit. *B.* Qui advocabo? *A.* Precibus, lachry-
is ieiuniis, ſedulitate, exercitio. B. Ibi verò fa-
lius omnia poſſem ſcilicet his vinculis exutus.
Haud arbitror: nam ſi ad Chriſtianam vitam
·dinem ſuum inſtituerunt. non aliter is certe
›nſtabit quam Chriſti regulis, ſacro nobis Evã-
:lio proditis. nec enim Chriſtum alium facient,
:c Chriſtianos mundi amicos. B Interim fra-
rnitatis ſocius non ſum A. Quidni; nam ſi ta-
s quidem uſpiam fratres Chriſti ſunt, tu per
ındem Chriſtum frater illorum es, ſin aliter,
›lo mihi in terris frater quocunque titulo ſit,
ui non idem Chriſti, B

13. LATINA LINGVA.

A. LAtinæ linguæ ambitionem ſemper quidem, quamvis ægrè, toleravi, at quod in Eccleſiam tyrannidem agit, id nimiùm eſt *B.* Tyrannidem ais? quæ una tot egregios, & ſacros ſcriptores Eccleſiæ contulit, ut reddendæ gratiæ nunquam ſimus pares? *A.* Non nego fuiſſe ad modum beneficā, at cur ea ſola nunc res omne adminiſtrat? *B* Quia humanas pariter & divina ſcientias non continet tantùm copioſiſſimè, ſe exprimit ac explicat quoq; præ reliquis feliciſſimè. *A.* Non Græcam tibi opponam, aut Hebræam, quæ utinam inter nos eſſent frequentiore utinam ſtudioſis præ exoticis commendatiore ſed vulgares ſolùm hodiernas, quæ nihilo infelicius rebus & ſcientiis omnibus deſerviunt *B.* S quid tale eſt, id ſanè à latina mutuo ſumptū eſ *A.* Noſtro vitio fit, qui in Latinam dudum iur vimus, nec de noſtra vel adaugendâ vel polien dâ laboramus ſtolidi, ſecus atq; Itali, Gallique ciunt, qui vernacula lingua omnem eruditio poſſident. *B.* Dum commode latina utamu quid opus eſt alia? *A.* Ne ea paſſim ineptiſſim ac irreligioſos Eccleſiæ & Reipublicæ obtruda quibus nullo alio nomine animarum & corp rum ſalus committitur, niſi quod latinè balb tiunt. *B.* Erras: nam latina lingua humanioru artium notitiam præſupponit. *A.* Inſanis, qui nobis perſuadere conaris, qui quotidie craſſiſ mam rerum omnium inſcitiam in illis ferim *B.* Ergo opifices tu poſt hac conduces & ſugg

ſtis u

tis impones? *A.* O ſarcaſmum! nobis ergo adorandi ſunt, qualeſcunque è ſchola tandem emititis, etiam nec latine nec artes gnari; noſtri viri boni, & de ſalute ſoliciti, pecus vobis videbuntur, quia non grammatici? *B.* Illis ligones, nobis libri curæ erunt. *A.* Libri? quos pulvis obtegit, situs & ſqualor erodit, quos transferre, nedum explicare multi non poteſtis? *B.* Satis eſt ſemel didiciſſe. *A.* Ea, quæ in ſutrina noſtri aliud agentes perdiſcerent. *B.* Bona verba. *A.* Bonis & literatis nulla fit iniuria, hoc verò iniquiſſimum eſt, literatos & illiteratos eodem loco haberi, & nomenclatorem Rhetori æquiparari. *B.* Malè de Eccleſia ageretur, ſi quid Latinæ linguæ maieſtati decederet. *A.* Nempe ſatius fuiſſet Chriſtum nobis latinam Grammaticam reliquiſſe, quàm Evangelium?

14. POLITICI.

A. QVæ hæc ætatis noſtræ felicitas eſt, ex tot prudentiſſimis ſcriptoribus & retroactis ſeculis, poſſe perfectiſſimam Reipublicæ formam præſcribi? *B.* Id nempe ſapere eſt alieno damno. *A.* Maximè; quo vero tandem aſcendent ingeniorum auſus? *B* Eò, unde vertigine rotati turpiter decidãt. *A.* Quid, an tu nõ faves ingenio ſeculo, eruditę ætati? *B.* Sic ſane, ut plærorũq; miſereat *A.* Age quid felicius quã universã Mũdi periodũ intueri, ac exinde quod rariſſimũ cõſultiſſimũ, perfectiſſimũ deſumere? *B.* Quid pul-

chrius quam in foro variis coemptis ſcrutis ædes novas ornare? A. Quid elegantiùs, quam univerſæ antiquitatis conſilio res forenſes, & bellicas inſtituere? B. Quid convenientius quam puſiones noſtros, caligis noſtris laxioribus induere? A. non video quid velis. B. Non convenire ſc. tempora, & Deum ſingulis ſcenis ſuum addere ornatum, ſuas dare perſonas, quæ ad ſcopum ipſius Orbis hiſtoriam, & Eccleſiæ peregrinationem peragant, variè interim diſtractis, pendentibus & divinantibus ſpectatoribus A. Nullu ergo prudentiæ & hiſtoriarum uſus? B Neutriu contra Dominum, utriusque ad obſervanda De conſilia & miracula ter maximus. A. Atqui rerumpublicarum arcana veluti rotulæ occulta ſunt, quæ quiſquis introſpicit, facile animadvertit totius huius machinæ motionem. B. Memineris uni Eccleſiæ horologium illud deſervire, cui etiam licet horas & momenta ſua obſervare, reliqui quicquid introſpiciunt, veluti pueri vario rotularum diſcurſu, & gyrationib. delectātur, nullo vel ſuo uſu, vel in impēdentia pericula præſidio. B Sapiens vel aſtris dominabitur ne dum hominum machinationibus. A. Is nempe qui ex Deo ſapit, & cum Deo conſentit. B. Interim ſucceſſum video ſagaciorum Politicorum. A. Miſerum ſanè, ſi Deus cum riſu introſpiciat. Nam qui tot Populis imponere tentat ei fortaſſe uxor cornua imponit, & qui orbi leges dare vult, vix famulum, aut famulam regit abſque ſtrepitu,

Liter

15. LITERATI.

A. NOnne mirum eſt, literatos prope unos à multis ſeculis rebus Chriſtianis obſtitiſſe quam maxime & virulentiſſime? B. Vix mihi veriſimile eſt. A. faxo mecum fateare: non adducam tibi vero Ægyptios, & Babylonios Magos, non Scribas & Phariſæos, non denique paganos Philoſophos, etſi magna parte hodiernis miiores: nam ad Chriſtum unice reformatam literaturam dices, etiam eam, quæ ſpurciſſima & iniquiſſima nobis relicta eſt. Vnum quæram, an aliquem è vulgarib. literatis offenderis? B Non, quod ſciam. A. Fruſtra itaque tecum diſputo, ſed an diſſenſiſti in aliqua re ab horum uno? B. Non memini. A: Nullus ſum: vidiſſes ambitionem incredibilem, odium inexpiabile, violentiam planè barbaram. B. Atqui humanitatis doctores ſunt. A. Verè humanitatis, quia Divini nihil habent. B. Diſputationibus verò nonné tota vita occupantur, quæ niſi diſſentientium collationes atque conciliationes quid ſunt? A. Diſputant, ac libenter, ſi iudicium & arbitrium illorum ſit, & videantur exercere ingenia in ſuam gloriam, ſin ſeriò aliquid in illis diſpliceat, periiſti. B. At veritas convincat. A. Tantæ ſunt lubricitatis, ut in re certa ad dubitationem adducaris, idque artis, quæ utrumque probabiliter defendit, beneficio, vel ſanè nemini perſuadeas calumniis eorum invíſus & infamis redditus. B. Vnde illis vires. A. Dextra manus ſeculare brachium eſt,

cuius immaniſſimis flagitiis turpiter adulantur, ſiniſtra popelli cæcitas, cui infinitis artibus denſiores tenebras quotidie offundunt. *B* Quî utrũque demereri, utriq; imponere poſſunt? *A.* Facile: cum nihil tam malè dici, fieríq; poſſit, quin excuſent, ac ornent etiam, ſi faveant, nihilq; tã prudenter innocenterq; perpetrari, quin calumnientur & exaggerent, ſi hominem oderunt. *B.* Nondum perſuades. *A.* Quam velim illos ita repente mites fieri, ut ego mentitus videar! *B.* Precabor itaque faventes eos & propitios habeam. *A* Vide ut poſſis, At ego Deum precor, Moſen aliquem, aut Danielem, aut Ioſephum his præſtigiatoribus maturè opponat, qui planum faciat, quantum hômo ſuperet ſimiam. quantoque vera in Rempublicam merita ſint potiora falſis.

16. *ACONTIVS.*

A. QVid ego dicam cauſæ eſſe, quod cum in rebus cæteris homines ſint diffidentiſſimi, religionem ſuam Doctoribus ſecuriſſime concredant? *B.* Quia religionis noſtræ Antiſtitũm tam conſtans eſt aſſeveratio, & adverſæ partis valida refutatio, ut viris tam gravibus & compoſiti vultus, tum de ſalute ſua nullo dubio æque ſolicitis, tum in examinandis adverſæ partis fundamentis æquiſſimis, non credere piaculum quiſque ducat. *A.* Interim quod multis, ac omnibus propè examinandum erat, id uni, vel paucis ſanè committitur. *B.* Merito nam non omnes tam ſunt firmato iudicio, ut tuto in adverſariorum libris verſentur. *A.* Velles tamen

tuæ

uæ religionis libros omnibus & ubique proſta-
e? *B.* Non licet ſperare, tantum veritatis odi-
ım eſt. *A.* Reliquo omnes extingui? *B* Saltem
brorum officinis prohiberi. *A.* Atqui nec lectos,
ec viſos, nec emendatos condemnas alieno ac
emerario ſæpè iudicio. *B* Non otium eſt lege-
e, de quo certus ſum. *A.* Nec illis otium eſt tua
egere. *B.* At quæ abſurda de illis dicuntur? *A.* De
e longe abſurdiora *B* Ego ſcripturæ cōſenſum
ıabeo *A.* Illi æquè iactitant. *B.* Sed falluntur &
allunt. *A.* Idem in te accuſant. *B.* Iniuriam faciūt
A. Quid ſi tu illis? fateris enim nunquam audi-
os abs te nec lectos eſſe. *B.* Mihi doctrinæ cor-
us eſt, ſcripturâ undiq; roboratum, & contra
dverſarios omnes munitum, ei immoriar. *A.*
os tamen ne damna, qui fortaſſe inſcii tecum
onſentiunt, nomine tantùm aut opinione divi-
i. *B.* Quin ergo nobis accedunt? *A.* Non licet, po-
teaquam Religio civile obſequium odiumq; fa-
tum eſt, & violentiâ regitur: interim in omni re-
igione viros bonos reperias, qui aliquid deſide-
ent, ac inprimis manſuetudinē præſidum, ſed
rçſenti ſtatu contenti, magna patientia ſuſtinēt
i quid videtur moleſtū. *B.* Itaq; Puccianā religio-
ē introductam velis. *A.* Nequaquā; ſed qualem
Acontius ſuadet, q̄ nulla cōmixtione adverſam
artē, benignè; diligenter, pàtienter, devotè audi
t, non victoriā ubiq;, & plauſū, ēt violentū, affe-
tet. *B.* Satis eſt me conſcientiā habere pacatam.
A. Scilicet quæ Confeſſionis alicuius pulvinari
uaviter indormit. *B.* Quis mare controverſia-
um enaviget? *A.* At is unus de diverſis religio-
 nibus

nibus optime iudicabit. B. Illorum eſto,quibus exinde cenſus.A. Interim facile eſt tibi innocentem ſanguinem fundere, his inſtigantibus flabellis.

17. *APOTHEOSIS.*

A. QVæ ineptia Romanorum fuit,quos hodie homines crediderunt,cras adoráſſeDeos? B. Imo ineptiores illi,an nequitiores,qui vivum Alexandrum,accepto precio, in Deorum numerum recepturi erant. A. Credibile eſt nullos credidiſſe Deos,& imprudentibus illuſiſſe. B. Idem mihi in mentem venit, quoties hodiernam intueor ἀποθέωσιν. A. Antichriſtianam? B. Vtique; ſed noſtram: nam quotquot ferè funebres inſpicio conciones, vel mortuorum elogia, tot videor mihi novos Deos numerare poſſe. A. Ego contrà tot mortis eruditas meditationes, & laudatiſſimæ vitæ exempla. B. Quotquot enim tantum æris poſt ſe relinquunt, quantum funebr pompæ,& ſacrificuli remunerationi ſufficit,ii omnes probatæ & imitandæ vitæ ſpecula ſunt. A. Nunquam ſanè,quod ſciam,nævi ſi qui fuerunt diſſimulantur. B. Sed ne unquam tamen audiv heluones dici,blaſphemos,adulteros, uſurarios ſcurras, potiùs imbecilles, eiuſque cum dolore conſcios. A. Ac pœnitentes. B. Vnâ fortè ante mortem horâ, qua ad corpus Domini, ad precatorios libellos, ad eleemoſynas, ad reconciliationem, ad neceſſariam patientiam tanto ſtrepitu concurritur,ut putes cœlum violenter expugnari, dum ille ſurdus paulatim in Divum obrigeſcit.

cit. B. Sat cito ſi ſat bene. A. Interim pauper diu
anguet, diu ſuſpirat, nuſpiam fotus, denique ve-
uti qui nunquam adfuerit, tacita morte ac con-
umulatione evaneſcit, in cuius paulo ante per-
onâ Chriſtus obambulabat. A. etiam hi fune-
rem memoriam habent. B Frigidam equidem,
uæ nemini lachrimas eliciat ac quam neuti-
uam typis deſcriptam intuearis; ſatis eſt de eo-
um ſalute non planè deſperare, dum illi divites
Divi magno eiulatu veluti patriæ fulcra, virtu-
um domicilia, orbis Chriſtiani lumina poſteri-
ati verbis, picturisque proponuntur, Cœlique
ædibus magna fiducia inſcribuntur, homines
lerunque vita pernicioſi, interitu utiles. A. At-
ui ab his magna ſunt pauperibus ſubſidia. B.
Crede mihi, minima ea prædæ portio eſt, qua
œlum emptum volunt, cum ædes interim pau-
erum exuviis niteant. A. Illis ſaltem parce, qui
ublicis tabulis pauperum commiſerationem
unt teſtati. B Multos videas depictos pauperum
iſtributores, qui viventes Mendici intuitū vix
uſtinuerunt, nedum odorem, convictum aut
onverſationem ullam. A. Nec mihi iis iungi li-
et. B. At hæ Chriſti gemmæ ſunt, hæ religioſo-
um maiorum noſtrorum deliciæ. A. Alia ætas
ſt, nec fides tātæ ſuperſtitionis indiga B. Itaq;
nultos credito typis, picturiſq; Sanctorum cho-
is inſcriptos qui æternis cruciantur ignibus.

18. *DIVITES.*

A. NVllas ne habes leges, quibus mendican-
B 5 tium

tium petulantia coherceatur? *B.* Mallem divitum. *A.* Neſcis tu quibus illi nequitiis miſeriam ſimulent, & bachanalia vivant? *B.* Neſcis: tu quibus blaſphemiis divites, & libidinibus, & cõmeſſationibus,& extorſionibus Deo inſultent? *A.* Atqui ſi quid tale fit,divitiarum vitio fit, hos inopia cohibere debuiſſet, niſi plane eſſent ſceleſtiſſimi. *B.* Illos Dei largitas invitare debuiſſet ad virtutum exercitia, niſi planè eſſent perditiſſimi. *A.* Facerem ego pauperes etiam pii mihi ſint,vel eſuriant. *B.* Erras: nam non rerum indigentia, ſed cordis humilitas, & pauperies Chriſtiana bonos reddit, ea ſi in mediis divitiis ſint, innocentes eas reddent; ſi in ipſa fame abſint,nihil moderabile expectes. *A.* Audio eos inebriari, & libidinari & miris fraudibus ſimplicibus imponere,latrocinari, deniq; & veneficia exercere *B.* Nihil habeo quod reſpondeã niſi quod pirata ille,qui una navicula deprædabatur, exinde infamis; dũ magnus Alexander integra claſſe Orbem infeſtaret. *A.* Illíne eleemoſynam turpiter prodigant? *B.* Hi pauperum ſanguinem magnis crateribus deglutiant? *A.* Illi piorum promptitudine abutantur? *B* Quia? *A.* Xenodochiorum,Noſodochiorum liberali hoſpitio. *B.* Vah! equeſtria ſtabula, ſphæriſteriorum, orcheſtrarũ luxus, equiſonum dapes, nebulonum delicias intuere. Vnde perfacile eſt mendicos è Republica veſtra proſcribere, ſed opulentiorum luxum circumcidere, id vero operæ precium foret; nonne enim unum divitis epulum centum mendicorum ſaturitati, & hilaritati ſufficeret?

A. Habent

A. Habent & illi quod edant. *B.* Vnius divitis ornatus, centum mendicorum veſtitui ſatisfaceret? *A.* Habent quo ſe tegant. *B.* Vnius divitis ędium illinimenta centum pauperibus tuguriola exſtruerent? *A.* Tu divites illiteratos opponis. *B.* Qui omnem eruditionem poſſidere videntur, nihilo mitiores ſunt: ſatis enim eſt iis cum Athenienſibus honeſta noviſſe, & Lacedæmoniis facienda relinquere. *A.* Haud ego credam ſub nebulonis, quantumvis mendicantis, ſtromis latere Chriſtum. *B.* Nec ego; ſed & indignos noſtræ ætatis divites credo, quos ſub illa pauperis effigie Chriſtus porrò adeat.

19. *HYPOCRITAE.*

A. HActenus quidem erravi, quod omnes Philoſophos ſcientes, & medicos ſalutores, & iuriſperitos iuſtos, & Theologos religioſos credidi, nunc verò quid me porrò vi... agere. *B.* Firmiter ſcire, univerſum mundum agere hiſtrioniam. *A.* Apparet: nam cum omnia aliud præ ſe ferant, aliud revera quærunt, *B.* Sed tu quam diligentiſſime vita, qui hypocriſeos habent, quam alii amplius *A* Sunt ne ſigna quibus illi iudicem? *B.* Vix ſatis: ſed generalia tibi ſunto frons caperata, inceſſus compoſitus, habitus plixus. ſermo affectatus, crebra vitiorū inſectatio. *A.* Eáne mala ſint, aut ſuſpecta? *B* Experire, maledicos, viſcoſos, liuidos, & sāguinarios, ſi licet, reperies *A* Atꝗ facile ſit ſemel uno exēplo ꝑlitos hypocriſeos tegumēto denudare *B.* falleris

multiplex illud eſt, & crebris involutionibus inexplicabile. *A.* Neſcio quid mihi in mentem veniat. *B.* Quid ergo? *A.* Inter eos quos optimos ſemper arbitratus ſum, eſſe hypocritas. *B.* Haud abſurdum id eſt: nam religione ſunt devotiſſimi, iuris adminiſtratione rigidiſſimi, ſanitatis curâ ſuperſtitioſiſſimi, artium doctrina ſuperciliosiſſimi, reliquâ vitâ, in publico ubi verſentur, regulariſſimi, denique in titulorum diſtributione largiſſimi *A.* Itáne fidendum nemini eſt; hos ego ſanctulos credidi. *B.* At ne ſciviſti inter eos eſſe æq; ſimultates, ſuggillationes, exagitationes, uſuras, &id genus alia æqué ac in publicanorũ ſocietate. *A.* Subodoratus ſũ aliquid, ſed id magna induſtria tegitur, ne plebeias nares feriat. *B.* Vah! tãta eſt vulgi cœcitas, ut ſi manifeſtis ſceleribus hypocriſeos pallũi inii ciatur, ſtatim acquieſcat. *A.* Quem ergo mihi das ſocium? *B.* Hominem ſui negligentem, & qui admiſſos errores feriò deploret, de reliquo loquaculum. *A.* Non placet. *B.* Nec ego urgeo, id tantum volui, tutiorem te tum futurum, quam cum illis ſimulatoribus. *A.* Qui autem ab iis mihi cavebo? *B.* Si nemini placere ſtudeas niſi Chriſto. *A.* Sin inſidientur? *B.* Memineris parum intereſſe cui hic imponant: Deo verò, qui cordis maculas, & pantheræ pelliculam intuetur nunquam impoſituros.

20 SATYRICI.

A. NON fuit ætas, quæ non homines habuerit, quæ increpitarint. *B.* Sed illi ipſi haud

multo

multo aliis fuere meliores. *A.* Scilicet inepti ſit vitia hominum poſſe annotare, & Satyra perſtringere? *B.* Vtique. Nam ut eſt literarum beneficium, velut in larvarum emporio, quamlibet licet faciem ſumere. *A.* Imprudentis eſt, non poſſe inter ingeniorum luſus & ſeria diſtinguere. *B.* At illi qui tantopere ludunt rhetorices nervis, aut illudunt nobis, eadem facilitate Sathanam nobis commendârint. *A.* Effervescis, mi homo, nam de Satyricis loquebamur, tu ad rhetorum temeritatem excanduiſti. *B.* Recollegi me: quid vis in illorum laudem? *A.* Nimirum quod in res & errores hominum curioſe inquiſiverunt, & vanitate deprehenſa, miro verborum faſcino hominibus ſaniora propinarunt. *B.* Fallor an Poetas ſubintelligis? *A.* Fatebor: id enim genus hominum vnice admiror, univerſæ veluti humanæ elegantiæ, & obſervationis promptuaria quid ita quia res omnes etiam ſapientiſſime dictas, ſub incudem revocant, vt politiores, ac ingenioſiores nobis reddant. *B* Nihil vero te movet vita illorum minus ad perfectam regulã ſubacta?. *A.* Nihil in tanto ingenii faſtigio. *B.* Mihi verò id perſæpe animum ſubiit, poſſe & admirabilia quæq; addiſci ſc. ut pie loquaris, & ſapienter, & prudenter, & magnanimiter, & ſobrie, cum nihil horum revera in te ſit. *A.* Itane? *B.* Res loqui videtur. Nam & ſcortum de pudicitia optime loquitur, & vinolentus de ſobrietate, ac de liberalitate inſtitor. *A.* Sic de probatiſſimis moribus poeta? *B.* Neſcio an illos accuſem, an rem literariam, quę nos docet omnia facere poſſe. *A.*

ſe. *A*. Fortè Neronis, ſtultitiæ, calvitii, Podagræ, ſurditatis, pediculi encomia, offenderunt? *B*. O utinam non deteriora illis Nundinæ adferant! illi ludendo docent: hi urgendo nocent. *A*. At ne quid ludendo nimis. *B*. Erit opinor Satyrarum libertas bonis ſemper innoxia. *A*. Libertas ſanè, non petulantia. *B*. Vah, ut literatorum impietatem agnovi, miror nondum ſcriptum eſſe Chriſti innocentiſſimi vituperium.

21 *EDVCATIO PRINCIPIS.*

A. NOn mirabor poſthac, uni homini tot hominum imperium committi, cum omnes artes, naturæque beneficia in unum conferantur *B*. Itáne credis Heroum filios exactius formari, ac ſupra communem ſortem felicius. *A*. Imò & compendioſius, & fidelius: nam quæ magno nobis labore conſtant, & invidis extorquenda prope ſunt, ea omnium facilitate & promptitudine illis patent. *B*. Hinc eſt quod ſupra humanam conditionem & ſapiunt, & fortes ſunt, ac orbi ſalutares? *A*. Sic arbitror, *B* Atqui ex iis multi imbecillitates ſuas ingenue fatentur, tum regiminis onera in alios reiiciunt *A*. Ita convenit; quis enim niſi centoculus, & centimanus omnibus ſufficiat? *B*. Non id volo, ſed ipſos imperii clavos regere nonnunquam, qui indigni ſunt & nulla re inſtructi, ut violentia potius ſit imperandi artificium, quam induſtria. *A*. Suſpicaris id. *B*. Certus ſum: nam tonſores, & cytharœdos & aleatores & ganeones, ac quod mireris, lenones

lenones & circulatores ex hiſtoriis tibi producam qui regibus imperitârint. *A* Quam Regnis bene conſultum fuiſſe autumas? *B* Fortaſſe nec felicius, nec deterius; ipſa enim imperii moles & tantus hominum numerus ſemetipſum ſervare mihi creditur. *A.* Nonne vero Principis gloriæ cedit, quicquid ubique glorioſi geritur *B.* Verè; nam & ſtructurarum & conſiliorum, & ſtatutorum, & confeſſionum, victoriarum laudem habent, quibus aut parum, aut nihil contulerunt. *A.* Ecquid interim ſecum cogitant? *B.* Puto ridere noſtras adulationes, & ſervilia elogia, cum tale quid nihil intra ſe reperiunt, quod nos anxie vel adulatorie fingimus. *A.* Nihil igitur proficiat tam exacta rerum omnium informatio? *B.* Ego imperfectiſſimam omnium arbitror: quia non ad verum adoleſcentum uſum formata, ſed beneplacitum. *A.* Atqui illi paſſim cum æqualibus ſuis armis certant, & literis. *B.* Puerile certamen eſt, ubi non omnibus viribus colluctari licet ſed pro illorum victoria. *A.* At rerum cognitionem non negabis. *B.* Circumfuſis radiis auguſtior eſt quam exactior. *A.* Libri verò, nonne abſque reſpectu docent? *B.* Vbique adulationum plus eſt, quam veritatis. *A.* Natura ſaltem doceat. *B* Vbi tot blandimenta, & approbationes ſunt, & ſui & naturæ & Dei notitia facile eabitur. *A.* Quem denique præceptorem dabis? *B.* Equum generoſum, qui nulla aſſentatione, vel aulico fuco inſeſſorem peritum bene vehat, imperitum & importunum, excutiat.

22. *ANTICHRISTVS.*

A. MAgnos oportet dolos eſſe, ac ingenioſiſſimos, quibus Antichriſtus, tantopere proditus ac convictus, etiamnũ tot cordatis & ſagacibus imponit. *B.* Ego potius nec ingenioſos illius dolos, nec admirandam hominum cœcitatem, ſed fatalem patientiam, & ſocordem aliquã conniventiam dixerim. *A.* Atqui ſubinde ſagaces deprehendas, qui hiſtorias, & hominum controverſias curioſe ſcrutentur, non minus tamen in hoc negotio cœcutiunt. *B.* Itaque patientiam dixi: nam quo quiſque loco naſcitur, eius mores & religionem facile patitur, etiamſi, quod ſæpe contingit, multa inconvenientia deprehendat, reliqui rebus ſuis & ſtudiis intenti, facile rerum noſtrarum examen negligunt. & alieno iudicio reguntur. *A.* Mihi ſane abſurdum ſit, diverſarum partium opiniones æqua lance, & animo neutri obnoxio non introſpicere. *B.* Atqui nondum ſic orbis terræ religiones audiviſti & examinaſti, ut unam Chriſtianã reliquis præferre neceſſe habueris. *A.* Infinitum id eſt. *B.* Fateor; ſed & illud minimum, tota vita cum una adverſa parte vel unico eius ſæpe membro confligere. *A.* Satis mihi ſit vel unum Antichriſtum impietatis & ſcelerum convincere. *B* Eho, an tu minutum aliquid hoc credis? *A.* Haud ſane difficile; poſt tot generoſos Babylonicæ turris impugnatores, mihi ruinas ſolùm intueri, & ruderibus inambulare iucundum ſit. *B.* Crede mihi, valida ea turris etiamnum eſt, & temporariis ſtructuris, aggeribus, foſſiſque reſtaurata

ut mi-

at minus tutum ſit circa eam obambulare. *A.* Nunquam ſane tu mihi eam reddes formidabilem. *B* Aut fallor, aut tu ipſe aliquid confers in eius munitionem. *A* Egone? nūquam. *B.* Certe aut regula Chriſti alia facta eſt, aut quam repreſentatis, vera Chriſti non eſt, nam pauperiem illius, humilitatem, liberalitatem, patientiam nuſpiam reperio, luxum econtra, ambitionem, avaritiam, excandeſcentiam ubique. *A.* Vnde hic ex occulto ictus? *B.* Inde, ubi Regnum Chriſti mundanum fit, reverentiis, dignitatibus, excellentiis, ſuperintendentiis conſpicuum, tum miniſtrorum ſatellitio cuſtoditum, denique faſcibus & ſecuribus formidabile. *A.* Nullas tu patieris functionum diſtinctiones? *B.* Libentiſſimè, ut nulla exinde Prælatorum ſupercilia, ſubiectorum conculcationem nullam, ſuperiorum crapulam, inferiorum famem, nullum ſuperiorum tumorem, inferiorum trepidationem, nullam Idumæorum ſucceſſionem, Rechabitarum oblivionem; *A.* Admones me ſane nævorum aliquot ætas, quos noſtra patitur. *B.* Itaque poſthac Antichriſtum non magnū illum tantùm ſed & minutum noſtrum obſervabis, qui in Satrapia ſua non impoſturarum minus habet, & malignitatis quam ille, ſed virium.

23. FAMELICI.

A. Senecæ ſubinde obiici memini, quod paupertatem frequenter collaudarit, interim regias prope gazas poſſederit. *B.* Puto literatos etiper Senecæ latus. *A.* Illi vere inter omnes morta-

mortales maxime mihi egere videntur. *B* Nunquam ii,qui literis ſciunt veluti hamis piſcari Eo enim perventum eſt,ut in prophanas etiam literas aliquid prodigere pietas ſit. *A.* At ego aliquot magni nominis tibi numerabo, qui tota vita cū extrema indigentia cōflixerunt. *B.*Pios oportet fuiſſe,nec literarum mercatores. *A.* Caſtellionē, ac Curionem, nominabo ſolùm & animadvertes quid velim.*B.* Vterque eruditione, & pietate valde dives *A.*Pauper etiam ad mendicitatem uſque. *B.* At neutri Chriſtianorum liberale ſubſidium defuit: ille ſane quàm Polonos nobiles habuit benignos,quàm poſt mortem etiam gratiſſimos? *A.* Qui vero fit, cum tanta ſit Magnatum & Academiarum profuſio,nulla eſſe in tales deſtinata ſubſidia:nam minimo acquieturos cre dibile eſt,qui ſic miſere obambulant *B.*Neſcis tu homines eſſe intolerabiles. *A.* Quid ita, fortaſſe ex paupertie ſunt impatientes? *B.* Nequaquam ſed lingua liberi,iudicio reſoluti,&,quod piacu lum inſigne eſt ceremoniarum deſueti. *A.*Itane *B* Sane:nam ſi quod videant bellum ob Cicero nis voculam,aut Martialis caſtrationem,aut do ctoris vel magiſtri prærogativam motum, illic rident,indeq; ob maieſtatem læſam ſolum ver tere coguntur. *A.* Nugaris. *B* Serio dicam No biliſſima quæq; ingenia inter illos ægrè vitā tra here, quos præſens ætas eſurire ſinit, poſterita dignis laudib. extollet; ſive Deus eos latere vul ſive ipſi pompoſam & famoſam literaturā ſul terfugiunt, ſive iis qui liberalibus ſtipēdiis ad libenter vocarent, una cum pauperie ſua igno
ſui

int,ſive deniq; tanta eſt reliquorũ malitia, ut beriores, integrioreſq; vio enter mergant. *A.* Credibile eſt multos liberalius habendos, ſi nos oſſent derelinquere, qui fame & infamia eos de rimimus. *B.* Lachrymas mihi provocas, cũ vium mihi revocas, ingenio, eruditione, morũq; nocentia plane admirabilem, quem nihil perdidit, niſi quod inimicos ſuos & calumniatores imium amavit. *A* Satius itaq; ſit eſurire, quam o iis ali *B.* Id virtutis & roboris Chriſtiani ſit, uos maxime amicos vis, quorumq; partes ſtuioſiſſimè ſequeris, eos perpetuùm experiri iniuiſſimos.

24. *BONI.*

A. STultorum plena ſunt omnia.' *B.* Superba vox eſt, ambitioſum Philoſophum redoens. *A.* An negabis? *B.* Cum Platone moderaus dicam, hómines vehementer bonos aut alos perpaucos eſſe, medios verò plurimos. *A.* uid eſt ergo, quod in ineptiſſima quæq; irruit opulus, & numeroſo aſſenſu ſtabilit. *B.* Id doorum, vel rectorum loquaci aſtutiâ fit, qui ſimici credulitate ac promptitudine tantopere utuntur, *A* Falleris. nam ſi quoquo abduci oſſet, utique frequentius ad virtutes, pietatemue deduceretur, quoties doctores bonos nanſcitur. *B.* Quid à populo impetrari poſſit, ignore non potes, ſi aularum luxus, templorum ornamenta, Academiarum otium, Caſtrorum laores, ordinum regulas, extorſionum & detonnum frequẽtiam vel obiter intuearis. Inſuper ud ſic inſanit popul⁹, ut meliora nõ intelligat, ſi oſten-

ſi oſtendantur, aut deterioribus ſubſtituantu
A. Quid ſi forte ignores quibus laboribus aut
precibus hæc à plebe impetrata ſint? *B*. Quibus
aliis, niſi fucata eloquentia & ſimulata ſanctita-
te, denique picta vi, ſive hypocritica tyrannide?
Crede mihi, leviculum eſt opes, ſudorem, & ſan
guinem plebeculæ emendicare, ſi ſit honeſta
prætenſio, tanta etiamnum eſt hominum integr
tas. *A*. Videris mihi ſane duritiem & aſperitaten
hominum ignorare. *B*. Ego ad præſentiſſim
exempla reſpicio: quis Anabaptiſtas ſubitò tra
ctabiliores, & rerum ſacrarum peritiores facit
tum vita probatiſſimos, quàm melior reipubli
cæ inſtitutio? *A*. Tanta ſcilicet fanaticæ religic
nis vis eſt. *B*. Itaque verioris noſtræ non tant
erit, ut ebrietatem, blaſphemias, rapinas, lite
duella impediat, vel moderetur ſaltem? *A*. Va
leat illa anabaptiſtica ſanctimonia. *B*. Imò va
leant etiam tam enormia ſcelera noſtra, quibu
ſcatemus à minimo ad maximum, à prophar
ad religioſiſſimum: niſi enim ea tanta facilita
indulgeremus, & populi interim nummos c
ptaremus ſeduli, non deeſſent media repurga
dæ noſtræ Eccleſiæ, interim quiſquis deuotio
nem vel nominare. vel deſiderare audet, nim
doctorum liberalitate Anabaptiſta, vel hære
cus aliquis alius audit. *A* Nempe tu Papatu
nobis reduces & peccatorum æſtimationem.
Potius Chriſtianiſmum, & flagitiorum fugam.
Si is tantùm Chriſtianiſmus eſt, ego Chriſtian
vix ſcio. *B*. Itaque alibi quærere liceat; mihi
nim Chriſti regnum tam auguſtum non cre

t

ır, ut noſtrâ peccandi licentiâ terminetur.

25. ACADEMIAE.

..QVotquot unquam in bonæ famæ auram ſubvolârunt, Dialectices & Rhetorices alis evati mihi videntur. *B.* Duo optima, & duo peſſima nominâſti. *A* Nomina cavillaris, ego inveendi, & perſuadendi veri artes intelligo. *B.* Speoſe ſatis ſed nec alias volo. *A.* An veritati innſus? *B.* Nequaquam, ſed Lesbiæ regulæ. *A.* plica te. *B* Scilicet ſuſpectũ id mihi eſt, quod lictâ Chriſtianâ ſimplicitate, & Verbi Divini dere, utrumq; feliciter defendit, & falsũ eadẽ cilitate perſuadet. *A.* Itane de optimis artibus ıbitabis? *B.* Equidẽ, & ita meD Lutherus docunã ut veritas ibi variis diſtinctiunculis, & axioatibus eluditur, ita hîc verborum mole, & leocinio obruitur. *A.* Atq; veritatis indagationẽ, ocutionemque nemo unquam ſanæ mentis probavit. *B.* Nec fiet etiam, illud ſolùm inteſt, quibus regulis vera veritas conſtet, quibus nuncietur formulis. *A* Nempe Academicis: uis enim ea exactius poſſideat, quam quibus in omnis ætas abſumitur. *B.* Confiteor hæc eſſe Scholaſticorum arma, qubus Chriſtum, & ſimplices ſuos impugnant, & incautæ plebi turpiſſie imperitant. *A.* Tu Academiis maledices? *B.* on facerem, niſi opinionum, vanitatum, proſionum, libidinum, ſed & hæreſeon hypocrios, adulationis, loquacitatis, vertiginis paleæ ut plurimum forent. *A.* Nulli bono locus? Imò quamplurimis: nam ad Nundinas has huma-

humanorum errorum,& expoſita tot ingeniori monſtra optimi quiq; confluunt, vel ſpectato res,vel monitores,vel increpatores,etiam Chri ſtianæ ſcientiæ vindices & conductores. Nam u in foro ad luxum pleraque proſtant,& ſuperflui tatem in uſum & pro pietate etiam nonnulla,ſi Academiæ quantumvis Chriſto infenſiſſimæ, & tota,ut plurimum, via adverſæ librns habent, & homines Chriſtianæ veritatis aſſertores. *A*. Vb ergo id diſcam, quod Chriſtus exigit? *B*. Vbivi felicius quam in talibus ſcholis. *A*.At monſtrã da erit quam approbes.*B*. Quæ Sacrarum litera rarum plurimum habeat,prophanarum parum *A*.Hoc cœnobium & non Academia *B* Sed& vo Academici eſtis non Chriſtiani: nam ſi ex Chri ſtiani regni uſu metienda ſunt & æſtimanda ſtu dia veſtra,facilius Ariſtotelicum cœlum, aut A cademicum exſtruetis,quam id quod Confeſſo ribus & martyribus, Chriſti athletis debetur,in petrabitis.*A* Dandum eſt aliquid adoleſcentu luſibus,& exercitiis *B* At vos cani,& edentuli, lippientes,& tremuli erotematibus veſtris aſſ detis.*A*. Docendi ſunt pueri. *B*. Imo Mol ch ſacrificandi; nam iuventutis florem Ariſtotel depaſcit, feces fruſtra Deo oblatas Sathan iu ſuo ſibi ſumit.*A* Dum Mundus erit,erit & qu accuſemus. *B*. O Hercules nobis aliquis oriatu qui hæc Augiæ ſtabula ſtercoroſiſſima repurg

26. *EXCITATIO.*

A. QVoties illi viri boni in mentem veniu qui ſub Papatus tyrannide, una cũ em

ge

ente veritate ſuffocati ſunt, totus iraſcor mun-
o, qui plane immedicabilis eſt. *B.* Atqui ſuperi-
re ætate mundus fere univerſus evigilavit, &
d religionis artium, politiæq; lucē rediit *A.* Nē-
e fortiter inclamandus fuit & obiurgandus, &
onvincendus *B.* Non arbitror maiore niſu rem
eſtam eſſe q̃ olim, ſed id reſervatū eſſe maturi-
ati noſtri tēporis. *A.* At veritas eadē ſemper eſt,
iuſq; ratio & evidentia; nec homines credo no-
is illos fuiſſe tantopere diſſimiles: quin ergo idē
npetrarunt contra Romanū iugū, quod noſtri?
. Primū cogitabis nō ſubitò excogitari novā li-
ertatis vel veritatis curā, ſed diu in animis ho-
ninū eā obrepere, & tacitis ſuſurris, querelisq;
ircūvolare, deniq; verbis aliquot audētioribus
eſcio quid minitari. *A.* Perge, placet. B Iam niſi
iolēta aliqua iniuria, vel evidēs neceſſitas acce-
at, aut ſpes felicioris ſimul faciliorisq; tētami-
is affulgeat, ſcito humanâ ſocordiâ & mollitie
ptima quæq; iterum ſubſidere. *A.* Sin generoſus
liquis animus, ſimulq; ingenioſus, oriatur, mira
pes tacitos etiam provocat, & promptiores in
pertam profeſſionem facile inducit. *A.* Credi-
ile eſt. B. Atq; ita quod dudū multorum votum
ait, id unius creditur perſuaſio. *A.* Aſſentior *B.*
oſtea cū in maiores nervos factio excreſcit, cō
dentius & ſua agit, & aliena impetit, & plærun-
ue prima moderata conſilia, & prudentiſſimū
ıſtitutum intervertit. *A.* Euge *B.* Deniq; in eam
nolem excreſcit, ut autori ſuo & oneri ſit, & for-
nidimini. *A.* Apparet *B.* Nunc tute iudicabis cur
d primam D. Lutheri vocem Germani tam
alacres

alacres, tantoque numero aſſurrexerint, pertæſ ſcilicet Romanum iugum, & perfidiam potius quàm obſcuratam Religionem, & exinde contra Pontificem minarum pleni. Ac nec illi ipſi de tanta deſertione cogitabant, donec maioribu iniuriis ſtimulati, vincula primum linguis ſolverunt, & calamis, indeque mox manibus. Deniq cum in varia capita odium Romanorum excreſceret, facta ſunt nova Eccleſiæ vulnera, nov cauſati planctus, quibus metuo ut quiſquam niſi Chriſtus mederi poſſit. *A.* Oremus Chriſtum ut qui Heroas iam ſæpe dedit, per quos orbi Chriſtianus quaſi renatus dici poſſit, non deneget etiam poſtremum fortaſſe Eccleſiæ medicum. *B.* Optare licet, ſperare licet, expectare licet at tu memineris, multorum vota & ſuſpiria tal quid impetrare, ſed tempus definitum ſub inſigni aliquo capite adferre.

27. *PAEDAGOGISMVS.*

A. QVid eſt quod literarum magiſtri ad res publicas peragendas producti plerumque omnium mortalium ſunt ineptiſſimi? *B.* Quoni in res tantopere viles nunquam animum intendunt, ſed ſublimiori humanarum rerum ſpeculationi inhærent. *A.* Cæterum ſi quis illos in ipſ ſpeculationis arce deprehendat, conſtruction bus inſudare reperit, & anomalis, & heteroclit *B.* Hæ artium fores ſunt, quas æque iuventu aperire par eſt, ac interiora ſapientiæ conclavi *A.* At ſi quis forte ingrediatur, anne ſapientes i los reperiet, an ſapientiæ commonſtratores? *B.*

Sapient

apientes utique, alioquin ſapiẽtiam, veluti ur-
m cathenatam & ſaltantẽ precio oſtenderent.
. An verò aliquid aliud habes ab ijs, quam ſic
icero ſentit, ſic Plato, ſic Ariſtoteles, hæc Regu-
pietas eſt, hæc Bruti integritas, hæc Lucretiæ
ſtitas? *B*. Nonne ſatis eſt ad optima quæque
dices habere, & conſultores? *A*. Tu verò ſapi-
tes modo vocabas, quos iam fateris indices,
it vocabularia. *B*. Quantæ autem excellentiæ,
m multa ſcire? *A*. Præſtaret optima ſcire, & fa-
re, itaq; velut aviculæ roſtris apprehenſa gra-
ad pullos deferunt, nihil inde ſaturatæ, ita hi
nnes libros decerpunt, ut habeant, quod diſci-
lis obijciant, niſi quod ne diſcipuli quidem
pinguefiunt, ſed inflantur ſolummodo, reli-
ia ad alios tanquam de manu in manũ tranſ-
ittentes. *B*. Quaſi verò non libris teſtentur,
iantùm ſapientia profecerint. *A*. Tranſcripti-
iibuſne? quæ non ſunt magis illorum, quàm ſi
iore loco reliquiſſent, niſi quod inflare omnes
lunt tibiam, digitis mouere neſcij: virtus Se-
cę eſt, eloquentia Ciceronis, ſubtilitas Ariſto-
is, medicina Galeni, juſtitia Papiniani, quid
ciq; illorum, niſi mera nomenclatura? *B*. In-
im ſtudioſa juventus egregiè excreſcit. *A*. Sic
iè, ut mille florenis emant Græcorum, Lati-
rumq; vocabulorum manipulum unum, bo-
: mentis vix unam guttam; imò ſi quid dome-
cæ virtutis allatum eſt, hîc prodigitur. *B*. Nõ
erarum culpa eſt, ſed juvẽtutis, quæ his annis
aximè efferueſcit. *A*. At non minus in Sapien-
m tuorum converſatione & conuictu, unde

per jocum quidam literiĉtos vocavit, quaſi lite-ris agitatos. *B.* Ad veterem Germanorum bar-bariem retroſpicis. *A.* Ego certè nunc minus ini-quus ſum Germanis noſtris, qui literis non invi-ti caruerunt, poſtquam enim ſemidocti prodie-runt, integrè boni deſunt. *B.* Expectabimus ſ quando tu aliam & novam literaturam ſubſti-tuas. *A.* En accipe quæ mea liberalitas eſt, Sapi-entiam quæ te veritatem, juſtitiam quæ æquita-tem, temperantiam, quæ affectuum dominium fortitudinem quæ metu vacare doceant, ut ju-venis diſcas, quæ viro facienda ſunt.

28. COMMENTARIA.

A. AD Apocalypſeos nomen olim uti ſempe religione quadam exhorrui, ita propè ad oravi eos, qui ſe promiſiſſent interpretes, nun aliter eſt. *B.* Apparet minus religioſum factun *A.* Quid facerem jam, poſteaquam tot coni ĉturæ & divinationes, tot confidentiſſimæ præ dictiones, & Divini Spiritus jactata dictamin tot ſolicitæ numerorum computationes nihil nos eventuum fecere certiores. *B.* Semper il quidem, qui ad ſpeciem, & perſonas vaticinia ſt accommodarunt, nimium tentarunt, ſed gen ralibus inhæſiſſe mutationum ſuſpicionibus, demum ſecuriſſimum eſt. *A.* Id verò ad Proph ticum quo acti eſſe videri volebant Spiritum n hil; nam & prudentis eſt, de futuris non incon mode conijcere. *B.* Non video, quid viros bon ad temerarium vaticinandi conatum pellexer

A. N

A. Nec ego; niſi quod ſuſpicor formulam eam qua ex Ariſtotelis mente Prophetarum myſtica omnia explicant, ſpem illis ac animum feciſſe, etiam temporum prognoſtica attingendi. *B.* Quam formulam? *A.* Qua, quicquid tandem Propheta voluerit, ex omni textu aut diſputatorium jaculum fabricant, aut mores civiles formant, aut Rhetoricum artificium monſtrant, reliqua (niſi quid manifeſtè Chriſto conveniat) cœleſti Academiæ reſervant. *B.* Quæ maior ingenuitas, quàm ea explicare, quæ ſcias, reliqua Deo remittere? *A.* Ea maior eſt, ſi confitearis non capere divina myſteria, & revelatis acquieſcere. *B.* Quis Prophetarum uſus ſit, ſine interpretibus? *A* Quis cum hac aliquorum interpretatione, quæ an Prophetam vel procul attingat, incertum eſt? Orabimus potius Deum, ut quæ obſcura mundo eſſe voluit, filijs ſuis plana eſſe ſinat. *B.* An tu illos acceſſiſſe credis ſine precibus? *A* Non vtique; ſed quid impetrarint dubium valde eſt, cum inter ſe diſſentiant. *B.* Satis eſt, ſi dicat ſcripturæ analoga. *A.* Infinita poſſunt eſſe, quæ Scripturæ ſunt analoga, quæ tamen Prophetæ obſcuritatem non illuminant. *B.* Si quid Eccleſiam ædificat, nunquam inanis labor eſt. *A.* Nunquam ſanè, ſed nec labor propheticus, alia ſunt in quibus exerceant Rhetorices vim, nam in vaticinia imbecillior eſt, cum non verborum lepor, aut perſuaſionum copia ſpectetur, ſed prædictionum certitudo & accommoda-

modatio. *B.* Illi ſua contulerunt,nec impediun
largiora ſpiritus dona. *A.* Vnum ergo ſupereſ
ſciam , an revera Prophetæ mentem explicatan
crediderint, an notas tantum , & ſuſpiciones,a
ſtyli,vocisq; exercitia edere voluerint? *B* Omni
hæc , ac inſuper doctrinæ controverſæ accom
modationem. *A.* Acquieſco : interim mihi vi
deor ab ijs didiciſſe mirificam artem , qua Bibli
ca omnia explicem philoſophicè, & Philoſophi
ca biblicè.

129. *AERARIVM.*

A. QVas hîc obſecro tabellas geris ? *B.* Ratio
nes ſunt. *A.* Tu ne rationes,homo reli
gioſus ? *B.* Imò ſacras, nam ærarij noſtri ſunt,ſi
ve fiſci. *A.* Viſci ? cedò eas,ſi licet. *B.* Quidni li
ceat ; velim mundo conſtare meam integrita
tem. *A.* Vnde hæc argenti ſumma eſt? *B.* Sole
feſtis diebus, aut Eccleſiæ ſolennitatibus collig
à bonæ voluntatis hominibus. *A.* In quem u
ſum ? *B.* Eleemoſynarium. *A.* Sine percurram
B. Tu ſummas potius inſpice. *A.* Bene. Mend
cantibus 3.fl. Scolaribus 10 bac. Viduis 1.fl. Sin
phoniacis 6.fl. Pictori 34. fl. Exulibus 2. fl. Scr
niario 10. fl. Lotrici 20. bac. In varias reſtaura
tiones 18. fl. In conuiuia 60. fl. Eho! an hoc pc
ſtremum æquè Eleemoſyna eſt? *B.* Quid ni;nai
cum toto anno accipiendis , expendendisqu
nummis ſimus occupati, nonne quater nob
convivari liceat? *A.* Imò ſæpius;ſi fateamini vo
convivas eleemoſynarios. *B.* Trituranti bovi c
no

on obligabis. *A.* Recipe rationes, vereor enim e abſurda plura reperiam. *B.* Imò ornatam noram ſacram ædem & miniſtrorum domos inveniſſes hoc anno amplius, quàm integro ante decennio. *A.* Hoc anno, quo tot miſeris eſurientum fuit? *B.* Illis alia ratione proſpectum eſt, hæc in ſacras ſtructuras & ornamenta deſtinata ſunt. *A.* Nempe etiam ſacras compotationes habetis, & ſacram ebrietatem, & ſacras choreas, & ſi quid aliud eſt ex hac collectione ſacri? *B.* Anne & organum noſtrum inculpabis in Dei laudes conſtructum, & ſacras picturas, ſimplicium doctores, & ſplendidum ſuggeſtum, quod concionibus decus addit? *A.* Haud temerè: nam iucundum eſt vos modulari, dum miſeri ejulãt, parietes illini, dum pauperum corporã ulceribus obducuntur, & cathedras vel altaria ſerico tegi, dum nuda hominum corpora trement: potuiſſes & calices addere, poſteaquam aurei eſſe cœperunt, paſtores fieri lignei. *B.* Tu haram vis, non aram, & ſtabulum, non templum. *A.* Etiam Chriſtus ſtabulum non abhorruit; ſed tu heus, templi ornamentis nunquam iniqui erimus, ſi prius viva ſpiritus templa inſtruatis. At contra ædes religioſæ nitent, homines religioſiſſimi fame intereunt. *B.* Si is fuiſſet majorum animus qui tibi, jam templa nulla forent, ſed ſub dio conveniremus. *A.* Ego contra utriuſque curam habuiſſe ſcio, primum hominum, dein ædium. *B.* Nos verò an poſteritati nihil ſacri ornatus exhibebimus? *B.* Quicquid libuerit, ſed meminiſſe oportet, cum ad tribunal Chriſti peruen-

tum fuerit, non habituros vos famelicos, ſitien-tes, nudos, ęgrotos, ſed caupones, pictores, artifi-ceſque alios benignitatis veſtræ teſtes numero-ſiſſimos.

30. TITVLI.

A. DEus te ſalvet frater, *B.* Salvus fortunatu-que ſis ornatiſſime & doctiſſime, ſimul humaniſſime & literatiſſime Domine Magiſte *A.* Quid ſibi vult tantus titulorum ſtrepitus? *B.* Quia ſic doctiſſimæ humanitatis veſtræ eruditi promeretur. *A.* Æſopi me ſocium facis, qui cur omnia ſciam, nihil ſinam alijs reliqui. *B.* Rid ornatiſſima humanitas veſtra, ego quid de tan ta ingenij excellentia ſentiendum ſit, ſat ſcio. *A.* At ſaltem ſi benignus in me maximè ſis, titul non obrues. *B.* Nihil hîc dici poteſt nimium. *A.* Quanto expeditius colloquemur, ſi me ami cum, aut ſocium, aut fratrem appellites, quàm tot vocabulorum ambagibus? *B.* Decet nos ti tulis diſtinctos eſſe, & ſingulos gradus haben condecentia cognomina. *A.* Non dicam quam in Chriſto & Apoſtolis tale quid nuſpiam depre hendere liceat, id enim ſuſpectum vobis eſt, ſe & purior antiquitas hanc barbariem abhorrui *B.* Barbariem vero? *A.* Spectabilitatem, reve rentiam, claritudinem, dignationem, magnifi centiam, cum compoſitis & decompoſitis, qu nun torrentis inſtar nos obruunt. *B.* Hæc ver in Scholis frequentiſſima ſunt, literarum ſed bus. *A.* Sinamus illis id privilegij, ut cum voca bulorum poſſeſſores ſint, ac Domini, ſuo ijs ar bitri

trio utantur ; nos vero ecquid moleſtum di-
·ndi genus ac ridiculum ſequamur? *B.* Vene-
bilis Domine Magiſter. *A.* Quin reformidan-
·,aut formidabilis. *B.* Obſecro venerabilita-
m tuam, ne me ruſticum tantopere credat,
ii neſciam quam titulorum decus excuſetis
iidem. ſed? *A.* Quid ſuſpicaris? ſcito, revera
uditos eſſe quam plurimos, quibus titulorum
aitu, veluti ineptiarum nolis, nihil videtur diſ-
nantius. *B.* Mihi ſane moleſtum non eſt, dare
iod quiſque vult honoris nomen, ſive viſibilis
lit eſſe, ſive ſpectabilis, ſive venerabilis, ſive re-
·midandus, ſive reverendus, ſive magnilo-
us, ſive magnificus, ſive prædominans, ſive
cellens dici velit, nam domi naſcuntur mihi
rba non empta ſunt. *A.* O lepidum caput,
nc video quo loco illa blanda verba habeas,
mpe ut nos falsè rideas. *B.* Neceſſe eſt ; nam
lla re à vobis facilius impetramus quod vo-
nus, quàm ſpecioſiſſimis titulis. *A.* Sapitis :
i vento enim paſci volunt, indigni ſunt ali-
nto alio. *B.* Gratulor ergo tibi, mi frater, cum
o nobis licet ingenuè agere, dum illi veluti
lomita pecora demulcendi ſunt. *A.* Id mihi
: reliquis jucundum eſt, vos nulla noſtri ad-
ratione ſine titulis liberales eſſe, ſed quod a-
nadvertitis hanc placere Midæ cantiunculam.
Obſecro te, ne me prodas, nam ut primùm a-
naduertent me non toto pectore titulos fun-
·e, poſthac habiturus ſum omnes inclemen-
imos.

31. AVTHORVM CATALOGI.

A. QVoties obſtupui ad tantę eruditionis mare, cùm unum ſæpè libellum ex mille probatiſſimis autoribus collectum reperi? *B.* Quam mihi narras fabulam? *A.* Cave fabulam dicas, En tibi librum, cuius aliquot folia Autorum catalogus occupat, qui eruditionem ſuam veluti tributariam contulerunt. *B.* Quid tibi videtur, nonne ingentis laboris eſt, vel titulos ſolum tantæ Bibliothecæ inſpexiſſe? *A.* Vere, itaque apes mihi videntur tam indefeſſa & ſagaciſſima ingenia, quæ flores hinc inde mille millenos depaſcunt, ut quod eſt vbique mellitiſſimum exſugant. *B.* Itane puer es, ut hanc rem ignores? *A.* Quam ergo? *B.* Impoſturam eſſe, atque adeo impudentiſſimam. *A.* Tu impoſtores dices, homines ſtilo promptos, voluminibus conſpicuos? *B.* At ego aio tibi plærosq; autorum nec lectos, nec habitos, nec viſos, nec videndos fortaſſe, illis tuis Catalogiſtis; reliquos obiter excuſſos & deprædatos potius quàm exſuctos. *A.* Male ſit tibi, ſi iniuriam feceris. *B.* Niſi tibi mõſtrauero apertiſſima autorum ſpolia, tum manifeſtiſſimas ſuturas, & ſtylum ad ruborem uſque imitabilem, nunquam mihi poſthac fidem habebis. *A.* Quis delicatus nova ſemper exigat, & inventiones recentes imponat, ſatis ſit veterũ eruditione methodicè, dilucidè, convenienter & compendioſe uti, quod video nouis libellis & diſquiri ſolicite & exhiberi feliciter. *B.* Vere contractam nobis eruditionem, & nucis cortici includendam faciunt

int libelli illi : nam bis nobis uno dolo impo-
tur, & quod eos ab univerſali aliqua eruditio-
profectos, & quod ad eandem iter nobis ac
res patefacere fruſtrà credimus Nam ut ex in-
cibus librorum tumultuarie collecti, vel alicu-
neglectim transſcripti ſunt, ita ſuperficiaria
qua balbutie nos implent, quæ nullius rei ſci-
tiam impetrat ſolidam aut uſum. *A*. Nempe,
m brevis vita ſit, ars longa, nunquā eam poſſi-
bimus niſi abbreviatam. *B*. Nūquam equidem
genioſe abbreviatam tibi dabunt, ſed velut è
agno dolio minuta multa replentur, ita ma-
ia eruditionis priſcæ volumina in libellos mi-
itos diſcinduntur, lacerantur que. *A*. Si ita ſit,
ios Chymicos credidi, trāsfuſores modò ſunt.
Ego prædones dixerim, qui viatores paſſim
nnes ſpoliant, nam ut polymathes & polyhi-
ores dicantur, in omnem togatam, armatam,
lutam, ligatam, exoticam, & miſticam erudi-
onem irruunt. *A*. Venit mihi in mentem P. A-
tinus, qui omnibus omnino hominibus male-
xit uno Chriſto excepto, quod non noſſe ſe
ım diceret.

32. *HAERETICI.*

QVæ hæc naturæ iniquitas eſt mendacium
fœcundum eſſe, veritatem ſterilē? *B*. Quid
omacharis? *A*. Sectis iraſcor, quæ ex uno ſtipi-
numeroſè propullulant. *B*. Fortaſſe tot ſectas
edis quot vulgo jactantur odioſa nomina? *A*.
erè: nam vix natum eſt ambitioſum ingeniū,
uod erroris ſequelam & ſectatores non affecta-

rit. *B.* Haud mecum ſentis, *A.* Atqui ſectarum multitudo palam eſt. *B.* Sane nomina at quæ citius in invidiam mihi excogitata videtur, quàm à diſſenſionis alicuius autorib⁹ affectata. *A* Tādem hæreticis patrocinaberis! *B.* Ita: poſteaquā tanta eſt eius nominis amplitudo, ut in innocentiſſimum etiam tam facilè, quàm magno conſenſu conijci poſſit. *A.* Vide quid dicas, haud leve eſt hæreticum excuſare, defendere etiam periculoſiſſimum. *B.* Olim quidem hæreſeos nomen exſeciabile omnib piis fuit, nunc Theologicæ liberalitatis eſt, dicere hæreticum: nam & Simon magus hodie ſinceriſſimos excommunicat, & Macchianellus viros bonos proſcribit. & *A.* Obſecro ne id ſuſpiceris, de tam conſcientioſis, circumſpectisque hominibus, qui nihil magis reformidant, aut declinatum eunt quàm Eccleſiæ vulnera. *B* Non neſcius ſum, quo plerique errore peccent: nam cum de liberioribus ingeniis peſſima quæque ſuſpicentur, mancipia ſua ſubornāt, qui bonis & incautis inſidientur. quorum confictas delationes non admittunt tantū, ſed evulgant etiam, & miro zelo impugnant *A.* Nulla hic innocentium movet excuſatio, nulla proteſtatio? *B.* Nulla; ſed Dei judicio fit, ut nebuloni, imò adulteræ, & veneficæ accuſanti magno applauſu credatur potius, quàm probatiſſimo viro, innocentiam ſuam voce, ſtilo, opere, teſtibus cum Deo aſſeveranti. *A.* Ad mundi totius provocarem judicium. *B.* Illud nempe, quo Chriſtus damnatus eſt, & potentiſſimus, ac loquaciſſimus quiſq; facilime cauſam obtinet. *A.* Poſte-

ritas

itas judicaret. *B.* Qui poteſt, cum Typographos
d manus illi unicè habeant: quibus maximè
opiis efficitur, ut proſcriptis & profligatis in-
ontibus, ipſi ſoli ore cœlos attingant, lingua
erras peragrent. interim quiſquis ſtatuam non
doraverit, conflagret. *A.* Vnde odii tantus ar-
or? *B.* Ex ſui amore & admiratione nimia: nam
in nosipſos, id eſt carnem noſtram & ſpiritus
ebellionem odia converteremus, facile vel er-
anti fratri, vel diſſentienti aliquid indulgere-
mus. *A.* Si qui ſcientiores, eos clementiores
elles? *B.* Vtique; nam ſic facile evaneſcerent
nfauſta illa nomina, quæ Eccleſiam diſcindunt,
t adverſariis increpandam exponunt *A.* Ego
me & poſthac mihi temperabo, ac culpam de-
recor, quam hominum autoritas mihi impo-
uit. *B.* Neſcis tu nihil tam ſtultum eſſe, quod
on ab aliquo ſapiente dictum ſit?

33. *RELIGIO.*

A. PErcommode hodie magno periculo libe-
ratus ſum *B.* Itane? gratulor. *A.* Gratias
go & tibi & illi, per quem nunc cautius credo.
B. Quid hoc verbi eſt, anne etiam incaute cre-
dere potes? *A.* Facilime: nam ſi fortè propoſi-
tionem credam, quæ valdè ſana & plana mihi
videatur, verbulum ei ineſſe poteſt, quod peri-
culoſiſſimas pariat conſequentias. Ita fiet ut im-
prudens impie credam *B.* Itaque impietatis ex-
inde reus es? *A.* Omnino; hinc eſt quod formu-
las mihi jamjam mente concipio poſthac cau-

tiſſimè credendi. *B.* Ego ut in vobis maximè probem diſputandi, diſtinguendiq́ue acrimoniam, tamen quod minus illis ingenii faſtigiis par ſum, ſimplici ac ruſtica prope fide ea apprehendo, quæ video ſcripturæ conſentanea, nec in vocabulis tantopere timidus ſum, ut exinde mihi incognitæ hæreſeos metuam. *A.* Vide quàm ſis ſecurus, Chriſtus nonne paſſus eſt? *B.* Ita ſane, cui gloria. *A.* Dic mihi ſecundum quod genus communicationis? *B.* Id certè neſcire auſim. *A.* O te infelicem! at paſſio illa fuitne antecedentis voluntatis Divinæ, an conſequentis? *B.* Scio Deum voluiſſe. *A.* O miſerum! in ordine verò cauſarum, an creationem præceſſit de paſſione conſilium Dei, an ſubſecutum eſt? *B.* Ego redemptori meo gratias ago, nec de conſilio ulterius inquiro. *A.* Vides nempe quantum intra te ſit, te minime advertente, hæreſeωn chaos, nec te ad locos communes noſtræ religionis credere *B.* Ego ſymbolis credo & religionis noſtræ ſummæ, quam mihi ſponte ſacra ſcriptura offert. miſeriç meæ exaggerationem, miſericordiæ Diuinę amplitudinem, militiæ Chriſtianæ confi ctum, & pietatis præſcriptæ exercitium. *A.* Non ſufficit hæc generalia nouiſſe, ſed annotandi ſunt etiam ſcopuli ad quos humana curioſitas impegit, ne in ſalutis via idem tibi accidat. *B.* Nempe ut novæ leges nova delicta, ſic novi loci, novos hæreticos faciunt. *A.* Noli jocari in re ſeria *B.* Fatebor tibi me aliquando tale quid temerè eſſe conatum, ut dubitationum humanæ rationis laqueos omnes explicarem, ſcopuloſq́ue complanarem

arem, ſed cum illa tricarum indagatio novos ibinde animo meo ſuppeditaret, primum voiſſem omnem mihi eorum animo eiectam eſ memoriam; dein quantis potui viribus ſenſus mnes obſtruxi,&ad humilem Chriſti obſequēam compoſui. Exinde tranquillior factus ſum, ec niſi priſtinæ curioſitatis memoria ſolicitais. *A.* Quî verò fieri poteſt,ut inter tot obiеiones,diſtinctiones, denique etiam ſophiſticaones, tu ſolus nullo duce veritatem ſis aſſecuis? *B.* Facilime: nam dum alij infinitos rerum ivinarum interpretes conſulunt, & diſſidentes iter ſe toto cœlo conciliant, ego ut veritatem erborum Chriſti nullis interpretationum ſtrohis, ſed plana & humili voluntate conſtare creo,ita obſequium meum nullis ſubterfugijs aut xcuſatiunculis, ſed parata ſequela, & devota xecutione terminari velo. *A.* Hæc ſanè agreſtis Theologia eſt. *B.* Sit vtique: illa verò ſophiſtica, c quæſtiunculis, diſtinctiunculisq; ſpinoſa, cui iec Petrus hodie, nec Paulus vitæ redditi ſatisacerent.

34. *MORS.*

A. SIquid eſt in paupertate boni, nihil tamen ad eam miſeriam facit quæ eſt in ultima deſertione. *B.* Quam tu dicis deſertionem? *A.* Cum in mortis vitæque conflictu nemo pauperi iſſidet, qui animet, qui foveat, qui abiturienti inimæ valedicat. *B* Vah! nunquam fidelius aſſidet pauperies. *A.* Ioco dixeris. *B.* Etiam ſeriò ſi urgeas; quid enim mors noſtra exigat amplius,

quam res omnes nudas, & flebili apparatu vacuas. Sed tu pro divitum morte prius dicito. *A.* Id quod res eſt: morbus ex medicamentis lenimenta ſua habet, animus ex colloquiis fomenta, familiæ condolentia famam, Concionatorum favor beatitudinem, uxoris dilectio epitaphiũ, operum ſplendor memoriam ſpondent, medicorum diligentia naturæ vim facit, denique legatorum pietas ſuprema cœli ſubſellia deſtinat. *B.* Pauper vim morbi corporis duritie frangit, animum ſimplici devotione colligit, liberari gaudet, Chriſtum præſentiſcit, innocentiæ teſtem conſcientiam habet, naturæ paret, & in Divitum accuſationem feſtinat. *A.* Dives varia divini verbi ſolamina audit. *B.* Pauper intra ſe habet & credit. *A* Dives peccatorum admonetur. *B.* Pauper conſcius eſt & dolet. *A.* Dives Eccleſiam exornat. *B.* Pauper Dei ſacrarium eſt. *A.* Dives pauperes alit. *B.* Pauper Chriſti convictor eſt. *A.* Dives ſub marmore quieſcit. *B.* Pauper in matris gremio. *A.* Dives cœlum emit. *B.* Pauper vendit, nec caret. *A* Dives inter amicorum amplexus hinc abit. *B.* Pauper inter angelicos ſubvolat. ſed quid moleſta reciprocatione opus? Nunquam ſane quàm infideles divitiæ ſint, quã fidelis pauperies, niſi in morte hominis evidentius patet. Hoc enim illud punctum eſt, quo nos malè partæ opes torquent, varii laboris tædet; ſtultæ inquietudinis pudet, quoque fruſtra tot illa noſtra præſidia imploramus, quibus hactenus innixi ſumus: Cœlum illud, noſtri ſcilicet maxime obſeruans, aſtra propitia, terram ſervam,

am, ſcientias ſublimitatis alas, opes voluntatis inſtrumenta, amicos libidinis famulitium, Religionem licentiæ operculum, famam turpiſſimā adulatricem, Philoſophiam robur papyraceum, denique univerſam naturam, in nos unicè, ſi Deo placet, intentam, noſtro favore ſuperbam, denique diſceſſus noſtri impatientem. Quis nō rideat, nos tum rideri, cum magno orbis malo. terræ inæſtimabili damno mori nobis videmur, ſcilicet tot donis, dotibusque onuſti quæ optimus quiſque ſepulchris invideat, quis non idem gratuletur pauperi qui revera talem ſe terræ ſubducit qualis eſt, terræ minuta maſſa, cœli magnus hoſpes, terrenæ vanitatis, iniquitatisque teſtis, cœlici regni hæres, & ſocietatis cum Chriſto dudum initæ fructu glorioſus? *A.* Si per-fas pauperiem mihi perſuades. *B.* Maius donum eſt, quàm quæ tibi obtingat; tu verò quod libenter facis divitibus aſſideto, ut inter medicamentorum fœtorem, & lucernarum horrorem, & medicorum tentamina, & concionatorum dictamina, & familiæ ſtrepitum, & propinquorum eiulatum, & uxoris deliquia, & conſolatorum verba ſolennia, deſcendentem animam fauſtis maledictionibus proſequaris.

35. WALDENSES.

A. QVam ſubeſſe cauſam ſuſpicaris, cum omnes propè religiones vitæ ſanctimoniā & probitatem ſuadeant, urgeantq;, raras admodum

dum impetrare? *B*. Fortaſſis hominum diverſitate fit,alia enim gens tractabilior eſt,alia efferatior. *A*. Non ſufficit; videas enim diuerſiſſimarum nationum homines, ob unius religionis profeſſionem, in moribus & ſtudijs valde convenire. Itaque aut fallor, aut quælibet religio ſuum viuendi genus ſecum quaſi adfert. *B*. In Pontificijs.& Anabaptiſtis ratio evidens eſt,quibus pietas mercenaria eſt. *A*. Interim agnoſcis aliquid poſſe Religioni adeſſe, quod ad probitatem facilius alliciat? *B*. Apparet. *A*. Quid verò ſinceriſſimæ noſtrę deeſſe putas,quod pietatem illa quidem vehementer ſuadet, nihil tamen, aut parum admodum obtinet? *B*. Si quid divinari licet, crediderim religionis & Reipubl. tractationes nimis cōtra diſtinctas nobis eſſe,ita ut diviſas veluti partes vtraq; foueat,& diverſo vitę genere utatur, velut cum credimus paſtoribus orandum, præfectis blaſphemandum, plebi cæcutiendum eſſe; aut alios pullam,alios phaleras, ſaccum alios decere. Hinc ſi quid Deo faciendum eſt, mixtum id eſt, & plærunq; externa ſolùm religionis ſpecie fucatum,cuius exemplum unicū inſpice,quod blaſphemos leviter increpamus,triobulares fures ſuſpendim⁹,aut in ebrios jocamur liberiores lingua urbe pellimus. Apparet itaque Magiſtratui tantam religionis curam non eſſe quantam politiæ,nec Sacerdotibus potiorem eſſe zelum, quàm dicendi concionandique conſuetudinem: nam ut illi manſuefaciendæ plebis arcanum religio eſt, ſic his diteſcendi, & emergendi artificium. *A*. Id verò bonos nihil

impe-

impedit, quos tamen admiror rariores nobis eſſe, & indociliores, quàm alibi, ubi univerſa ſecta pietatis & cognitione, & profeſſione tincta eſt. *B.* Legam tibi ex vetuſtiſſimo codice, de Waldenſibus quædam. Omnes viri, (ait Pontificius) & mulieres, parui & magni nocte & die non ceſſant diſcere & docere: operarius enim in die laborando nocte diſcit & docet, ideo parum orant propter ſtudium. Docent etiam & diſcipuli ſine libris, docent etiam in domibus leproſorum, &c. Item diſcipulus ſeptem dierum alium quærit quem doceat, ut cortina cortinam trahat: qui excuſat ſe quod non poſſit diſcere dicunt ei, diſce quotidie unum verbum, & poſt annũ ſcies dicta, & ſic proficies. Audiui ab ore credentis cuiuſdam, quod quidam hæreticus, quem novi, ad hoc tantum ut eum à fide noſtra auerteret & ad ſuam perduceret, perverteretque, nocte hic malo tempore per aquam, quæ dicitur Ibis, natavit ad ipſum, &c. Item vidi & audivi ruſticum Idiotam, qui Iob recitavit de verbo ad verbum, & plures alios, qui novum teſtamentum totum ſciverunt perfecte. Item, cum male vivere viderint quoſdam, dicunt, ſic Apoſtoli non vixerunt, vel ſic nec nos, qui ſumus imitatores Apoſtolorum. Hæc ille, alioquin ijs iniquiſſimus. *A.* Penè lachrymas mihi excuſſiſti, quid enim nos in tanta Evangelij luce? *B.* O doctrinam & vitam coniungeremus! Nunc ſi alios doctrina, nos vita condemnant, quis obſecro ſalvabitur?

36. *GRA-*

36. GRATVITA PRAEDICATIO.

A. SI quis fortè Concionatoribus ſalaria auferat, putáſne futuros qui nobis gratuito prædicarent. *B.* Imò putáſne futuros qui tales ſuſciperent & alerent? *A.* Vtrumque dubium mihi eſt, utrumque tamen mihi ſpem permagnam facit: nam & Pauli ſimiles aliquos, & Macedonũ plurimos expectâsim. *B.* Equidē ſi mores hodiernos videas, illi in res ſuas, ac decimas perſonales, prædiales & fortunales intentiſſimi ſunt, hi vix quod debent bona fide exſolvunt, tantum abeſt ut textoriam ibi perſuadeas, vel liberale hic hoſpitium ſperes. *A.* Cum Mundum intueor, video Franciſci Flagellantium, Capucinorũ ordines numeroſa imitatione aſſumptos, eorumq; totos exercitus ali, quod primis exordiis nemini fortaſſis credibile fuit, & unus ac alter, bene de hominibus mereri cupiens, tum laborare paratus deſperet? *B.* Tu ſane pro paſtoribus mendicos nobis dabis, terræ mancipia. *A.* At Paulus pauperie nihil abiectior: gloriatur ſe gratuitum Evangeliſtam, neque metuit defuturos verbi condignos præcones, ſed magis verebatur ne populi liberalitas pro paſtoribus invitaret lupos: nam ad emolumentum properant oēs, ad gratuitum laborē nullus accedit, niſi verè pius. *B.* Olim alia erat paſtorum & populi concordia, alius & coniunctior opum uſus, nunc niſi Magiſtratus obſtaret, quotuſquiſque pagus Eccle-

ccleſiaſten toleraret, nedum aleret? *A.* Qui deonſiones, & vitæ licentiam noverunt, non mirantur Paſtores haud eſſe ea autoritate apud populum, qua deberent: at verus amor nulla re paratur efficacius quàm gratis, & bene merendo de omnibus, beneficentia cicurantur & ad amicitiam alliciuntur etiam immanes feræ. *B.* Deſcribe mihi talem aliquem. *A.* Faciam, non meis, ſed viri prudentiſſimi verbis. Finge mihi inquit talem Eccleſiaſten, qualem nos quærimus, qui ſe totum exponat iuvandis omnibus, pluſquam paterna, maternave ſolicitudine pro ſingulorum vigilans ſalute, docens ignaros, blande revocans errantes, erigens ægrotos, conſolans lugentes, opitulans afflictis, ſublevans oppreſſos, naſcentes Chriſto tradat, morientibus aſſideat, mortuos ſepeliat, egenos foveat, oret pro ſalute omnium, in ſumma nullum prætereat expertem ſuæ beneficentiæ, atque hæc faciat tum conſtanter, tum alacriter pro his meritis nihil omnino petẽs mercedis à quoquã, nõ pecuniã, nõ obſequiũ, non gloriã quis obſecro tã duræ mentis eſt, ut eiuſmodi virum, non ut numen quoddam è cœlo delapſum & amet & veneretur? tanta Charitas etiam malos compellit ad amorem mutuum, quod ſi qui ſint qui talem conſtanter odiſſe ſuſtineant, quid aliud lucri fecerint, niſi ut ab omnibus iudicentur omnibus feris efferatiores? Hæc ſunt incantamenta multo efficaciſſima, hæc philtra præſentiſſima ad conciliandum, nec ad conciliandum tantùm,

ſed

ſed etiam ad extorquendum hominum benevolentiam. Ita ille, quid tibi videtur? *B.* Vah! Eccleſiaſten fingitis, qualis nemo velit eſſe.

37. *MARTYRIVM.*

A. Vtrum tu firmius Chriſtianæ religionis fundamentum credis, tot populorumne & doctiſſimorum hominum conſenſum, an martyrum conſtantiſſimorum multitudinem? *B.* Neſcio quid dicam: nam cum admirabile planè ſit, tam ſimplicem, ut ita dicam, Chriſtianorum credulitatem, contra humanæ ſapientię rationes ſemper obtinere, & ſummos Philoſophos confundere, minus id videtur, quod ſemper vita credideris, morte conteſtari. *A.* Ego verò, cum religionis curam pauciſſimis video committi, & homines magis plærunque vitæ, alimentorumque quàm devotionis curioſos, ingens miraculum credo tam promiſcuam, & numeroſam utriuſque ſexus ad martyrium promptitudinem. *B.* Sane de martyrum ſanguine non liceat niſi cum reverentia loqui, mihi tamen id admodum perplexum eſt, qui inter Anabaptiſticos furores tot milleni homines admiranda plane & patientia, & alacritate, & conſcientiæ ſerenitate mortem ſubierint, quibus quod deliquerint & erraverint, perſuaderi nõ potuit, nec Religionis ſumma planè patuit, ſolùm impoſtorum aliquot ſomniis innixi ſunt. Id quod ſuſpicari me facit, facilius eſſe innocentem plebem ad lanienam perducere, quam cordatioribus religionis noſtræ myſteria perſuadere. *A.* Deploranda equidem

ſunt,

int,quæ dixiſti, at cum poſt Apoſtolos, primos
cilicet noſtræ fidei evulgatores, doct-ſſimi qui-
ue, & Philoſophiæ omnis peritiſſimi, tum re-
um in mundo potentes, nihil dubitarint, hanc
idiculam, ut mundo videtur, & abſurdam Chri-
ianorum ſectam, miſerabili morte, & ſupplicio
onteſtari, tum inuſitatum aliquod & præter-
aturale robur monſtrare viſi ſint, quis dubitet,
oc confeſſionis humanæ faſtigium eſſe, quæ
inguine fit? *B.* Crediderim equidem ad con-
ertendam, movendamque multitudinem ni-
il efficacius eſſe martyrio, quod in oculos in-
urrit, & omnia præſupponere videtur. Iis verò,
uibus religionis ſumma certitudo curę eſt non
ufficit. *A.* Crede mihi, quoties in Martyrolo-
ium incido, neſcio quod aliud morientium a-
umen, quas rationes ſolidiores, quæ ſcripturæ
fficaciora dicta reperire mihi videor, quam ple-
is Confeſſionum libris. *B.* Male fit eius lectio-
em ſtudioſis noſtris eſſe infrequentiorem. *A.*
cilicet quiſque ſe adeo ſolidæ & minimè con-
utiendæ religionis arbitratur, quæ ad mar-
yrium ſufficiat. *B.* Id Deus viderit, cuius unius
ſt, nos ad tam arduum examen animare. Cæte-
ùm ut hominum conſtantiam, & religionis ſo-
citudinem cognoſco, plurimos credo opinio-
es ſuas defenſûros uſque ad ignem exclu-
yè.

38. *PRECES.*

A. INter tot precatorios libellos, veteres pariter & recentes, quem tu mihi velles familiarem. *B.* Quid

B. Quid cogitas?quem eloquentiſſima omniu
& ingenioſiſſima fecit neceſſitas. *A*. Quis ille au
tor,quas nugas agis ? *B*. Seriò dico, nulla mi
perfectior formula creditur, niſi quã Crux Chr
ſti dictaverit. *A*. Tu ſingultus iſtos & anhelitu
ac incompoſitos clamores preces dixeris? *B*. T
verborum blandimenta,& recitatã è ſcheda ve
borum ſtructuram Deo quid perſuadere aut
mas? *A*. Quid cavillaris? potius qui ferventiſſ
mas & accommodatiſſimas preces præſcripſer
commonſtra. *B*. Non tibi dominica oratio ſufſ
cit,cui ne mundus quidem univerſus adderet
liquid demeretve,non reliqua Sacri Spiritûs d
ctamina ſatisfaciunt? *A* Nondum me intelligi
varii ſunt humanæ imbecillitatis defectus, var
tentationum afflictionumque genera,varii vit
ordines, iis ego velut ex apotheca petitas veli
meditationes varias, confeſſiones, conſolati
nes,excitationes,& panopliam inſtructiſſimar
B. Pace Avenarii, (qui mirum quantum præſt
terit) dixerim, nihil tam poſſe præſcribi ubiq
quadrans,quàm quod mens devota,Deoq;ob
diens ſponte exprimit. *A*. Interim ſimpliciu
linguæ formandæ ſunt, & ſuppetenda verb
quibus ſe Deo explicent. *B* Fortaſſe, etſi val
frigidam oportet eſſe devotionem, quæ à lib
lis ignem petat, præterquam quod mutos æq
Deus intelligit. *A*. Atqui plurimum intere
Deum cum quo loqui velis, poſſe promiſſio
ſuarum admonere, tibi ipſi tam admirabilis a
ceſſus confidentiam facere. *B*. Hoc eſt illud ip
quod deſidero. Nã apud prophanos cum nu
a

ia homini cum Deo intercedat converſatio, ullum amoris & obſequii commercium, ſtatis oris ad præſcriptas preces curritur, quibus demurmuratis omne petitum ſubſequi debere arbitrantur. Econtra ubi conſcio & invitato Deo omnia fiunt, eodemque mittente omnia promtè ſuſcipiuntur, verbis ad preces vix opus eſt, quin imo univerſa vita hominis divinum fit colloquium, ſed tu quid rides? *A.* Hominum genus, quod magna vitæ parte lætum, bibulum, tumultuarium, ſi quando infelicior aliquis casus incidat, ad libellos properat, & deterſo prius pulvere, torvum videns, & multum ſuſpirans preculas ſibi quærit, malo convenientes, admirantibus interim, ſi qui adſunt, rei novitatem familiaribus. *B.* Bene equidem de talibus mereretur, qui precationes magicas præſcribere poſſet, quibus nulla devotione, aut mentis in Deum aſcenſu, coniurare liceret, & coràm quamprimum ſiſtere, quod volunt malorum ſubſidium.

39. *IACTANTIA LITERARIA.*

A. O Quis mihi opes det, & optima quæque huius terræ emerem! *B* O Sapientiæ aliquantulum haberes, & opes facilè contemneres. *A.* Inepte, putasne me auri vel argenti maſſis delectari poſſe, non v. privilegiis, quæ nummis veneunt? *B.* Quibus? *A.* Sapientia, dominio, fortitudine, ingenio, & orbis huius plane

planè rariſſimis. *B.* Atqui hæ Philoſophoru
poſſeſſiones ſunt, quibus ad ſublimia evect
ſuaviter vos metallorum cuſtodes, & terræ fo
ſores, ridendo deſpiciunt. *A.* Illosne dici? quo
minimò divites conducunt, quorum lingu
mentiuntur, quorum humeris ſuſtollunt
quorum phantaſijs delectantur, quorum mor
vivunt, & quos inclementiori intuitu enecan
B Imò illos potius, qui aſtris dominantur, te
ram diſpenſant, mores humanos formant, na
turam provocant, fortunam rident, opes calcā
ingenio circumvolant, Tyrannos increpant,
mortem familiarem habent. *A.* Vah! ſemper t
priſcos illos Heroas ſomnias & Sapientum um
bras nobis opponis, puerorum terriculament
Ego vero hodierna exempla tibi exprobro ant
quorum vix ſimias: ſcilicet quos Calenda
characteres excruciant, aut agelli jugerum e
tollit, aut coniugis turbeculæ circumagunt, a
vulgatę artis admiratio abripit, aut fortuitus c
ſus deijcit, aut nūmuli ſpes exſtimulat, aut ſo
dida vincula detinent, aut Principum mores ſ
cum trahunt, aut mortis memoria exanima
Interim Lycurgi, Plat. Ariſt. Plin. Eucl. Gal. Li
Virgilij audiunt, & regnum carthaceum magn
ſupercilio occupant. *B.* Vide quam iniquus ſ
illis? Nonne & Divinum volumen explicant,
juſtitiam adminiſtrant, & corpus ægrum curan
& animum indomitum cicurant, & Naturæ r
pagula recludunt, & cœli motiones explora
ſoli, pro reliquorum otio ac uſu occupatiſſim
ut meritò non ſibi, ſed in Generis humani con
mo

ıoda ſubſidiaque natos credas? A. Laudo ſim-
icitatem tuam, hęc enim te mitius ferre jugum
ıum facit, & rerum viliſſimarum admiratione
planiſſime ſuſtinet. Nolo itaque te ſcire pri-
um multis motorem ventrem, ſummum do-
orem opinionem, exoptatiſſimum encomia-
en credulitatem, denique poſſeſſionis comple-
ım imitationem eſſe, quibus ſi temporis oppor-
nitas divitiſque favor aſpirent vanitatis huma-
e faſtigia conſcendant, indeque irregulariſſi-
as Mundo regulas præſcribant: Sin aduerſa a-
ɉua occurrant, vno momento fama, voce, vi-
excidant. B. Tua opinione religionem ſtupi-
s, eruditionem fatuis, mores barbaris, imperia
tvis committemus? A. Hæc ſunt literarij fa-
ıs verba. Mihi vero dulciſſimum eſt experien-
ı diuturna ac converſatione intima didiciſſe,
ɔn meliores illos aut rerum certiores eſſe aliis,
d lubriciores ac loquaciores.

40. CONVERSATIO.

QVam iniqua mea ſors eſt nunquam fuiſſe inter graviora colloquia & conſultationes ıdentiſſimas illorum admiſſum, quibus reſpu-
ca omnis, ac literaria innititur? B. Quid tu
: adfers tragicum? A. Quid aliud, niſi cogi-
ıonum meatum æſtus, qui nuſpiam Excellen-
ſimorum hominum cenſuris examinati, nun-
ıam compoſiti & ſubacti ſunt, ſed inter ſe, ſub
upertatis & obſcuritatis tenebris tumultuātur,
vos feliciſſimi magno compendio rerū omni-

um deciſiones domeſticas poſſidetis, & jamjam natos ingenij fœtus ad exactiſſima Probatorum veſtrorum judicia vel educatis & expolitis decenter, vel ſuffocatis ſecuriſſime. B. Itane nihil vel natura te docet, vel innata ingenij felicitas elicit, vel frequentiſſima lectio erudit, vt ad viuos recitatores currendum tibi ſit, & rei evidentiſſimæ interpretes? A. Apparet te neſcium eſſe, quanti laboris ſit ac periculi ſuis tantum viribus demerſam veritatem eruére, aut erutam pro genuina agnoſcere, dum vos interim velut aliud agentes quotidianas & ſponte affluentes opes, excipitis, & facili induſtria in Gazophylacij capſas diſtribuitis. B. Succurrendum tibi eſt qui imprudens ſine cauſa nobis invides. Scito igitur quos tu credis Deorum noſtrorum conventus exquiſitiſſimis & prudentiſſimis colloquijs & diſſertationibus conſtare, plerumque non ſerias magis eſſe, quam muliercularum & vetularum conciliabula. Seceſſus etiam ſecretiſſimos, non heroas nobis ſemper, ſed lemures, aut mures ridiculos parere. A. Quid ais, non Naturæ ſecreta ibi diſcutiuntur? B. Neutiquam ſed dies integri nugis crepundijs, quiſquiliis abſumuntur; haud aliter, quam ab infima plebe luſus videas, vota audias, odia animadvertas inſcitiam deprehendas, occupationes annotes omnia planiſſime plebeia, ut omnino non niſi ſimulatione, & tragico apparatu ab aliis differre concludas. A. Nihil vero eruditionis & tot rerum inſignis ſcientiæ illis ſubinde effluit, quo

in ſinum noſtrum, ſi circumſtemus effundant? nam & nere illis, & fila trahere ac texere, denique caligas conſuere liceat, dum itentidem doceant. B. Sane ut multos cognovi, nunquam maiore ſua felicitate, & profectu noſtro docent, quam cum vultum ſumunt, quo domi depoſito, neſcio quam videntur mihi omnes vires exuiſſe. Itaque, meo judicio, ſi omnino converſari cupis, eruditionis quidem non quam alibi amplius, nec probatioris vitæ perfectiores regulas & exempla accipies, ſed faciem diſces ad quemvis diem vel fortunæ occurſum componere, & demittere.

41. *CONVIVIVM.*

A. ECquid de heſterno convivio noſtro inaudiviſti? B. Philoſophico illo, quod tandem in cyclopicum deſiit? A. Bona verba: nam ſi quid peccatum eſt, vino inſcribemus, vino diluamus. B. Equidem vino gratias agendas puto, quod Philoſophico palliolo, & hypocritica ſimulatione exutos, tales nobis exhibuit, quales revera ſunt A. Nunquam ego de iis quicquam ſiniſtri ſuſpicabor, qui hominum ſunt modeſtiſſimi. B. Sint ſane, at tu quæſo convivii ordinem recita. A. Libenter. Primo ubi eſt conventum, & amiciſſimæ ſalutationes ac prolixiſſimi tituli præteriiſſent, mirum quam alter alteri decentem honorem detulerit, quamque difficulter ſint ſedibus ſuis admoti; dein profundo

ſilentio dapes primæ abſumebantur, minutis potiunculis dilutæ. Poſtea cum incaluiſſent aliquantulum diſputatiunculis, & argutis dicteriis ludebatur magna equidem voluptate noſtra, qui ſales & jocularem etiam eruditionem notabamus. At neſcio quo invido fato de conſtructione quadam ſuborto diſſidio, ad jurgia paulatim contentione pergente, id admiſſum eſt, quod audiviſti. B. Nihil verò veſtra compoſitione leniri potuerunt? A. Nihil ſane: nam cum hæreticis, beanis, cornutis primò omnia, dein falſariis, plagiariis, ſophiſtis, denique nebulonibus, veneficis, mœchis omnia perſtreperent, & manibus jam potius ac armis, quàm lingua opus videretur, omnino dirimendi, & intempeſtivè domum remittendi erant. B. Ructantes interim, ſingultientes, titubantes? A. Imo minarum & maledictionum pleni. B. Tu vero quid interim muſſitabas. A. Vinum blaſphemabam, quod diu exoptatam ſapientum coronam mihi conturbaſſet. B. Aqua danda erat, non vinum Philoſophis. A. Vidiſſes optimum quodque expetere. B. Negare tuum erat & ad Caſtalidum fontem remittere. A. Credideram vino excitandos. B. Scilicet nimium fronti Philoſophicæ credidiſti, neſcis tu quam diffuſa ſit, ſi rugas explicet? A. Imò jam ſcio ſed vino malè ſit. B. Caue injuriam inſonti facias; quis enim facilius tibi perſuaſiſſet, tam operoſa & vaſta Philoſophicæ ſcientiæ modeſtiæque volumina poſſe cyatho vno vel altero iti... vt poſſeſſores ſuos non aliter quàm ex ple-

e quemq; mente vacuos relinquant. A. Non tedam, niſi adhuc ſemel experiar. B. Id opto uam frequētiſſime experiamini, quotquot baris, baculis & peris creditis.

42. VETERUM DOTES.

SI ſic pergat progredi eruditio, ubi tandem terminabitur? B. Ignorantiâ. A. Abſurde, quis credat poſſe nobis iterum literas interire, quæ in plebem etiam diffunduntur, & vernaculæ quaſi fiunt. B. Mihi vero jamjam, ac incitatiore gradu interire videntur. A. Vides in omni re, quam noſſe hominibus datum eſt, exactiores quotidie indagationes prodire, & quæ arcana olim eruditiſſimorum fuere, promiſcua fieri, & potes hæc dicere? B. Equidem cum majorum noſtrorum eruditionem intueor, plane obſtupeſco; cum noſtram, rideo, ac pudet; ca illi plura occultarunt, quam monſtrarunt, nos plura explicamus & diſtendimus, quam poſſidemus. A. At palam linguarum, artium, ſcientiarumque noſtri temporis peritia te convincit, quod noſtrum ampliſſimum patrimonium eſt. B. Confer aliquem mihi cum D. Lutheri lectione, quæ antiquitatem omnem abſorpſit; ſcriptione, quæ vaſta nobis volumina reliquit; actione, quæ totius Europæ commotionibus adfuit; eruditione, quæ cum omnibus ſuæ ætatis ingeniis depugnavit: & hæc quatuor

incomparabilia vnus homo poſſedit. Jam Eraſmus eruditionis mare ; Philippus omnium ſcientiarum vindex & Phœnix ; Brentius Lutheri in Suevia æmulus, Flaccius infinitæ lectionis & ſcriptionis heluo ; Prætorius octodecim linguarum cognitione perfectiſſimus: Zvvingerus humanæ ſcenæ nobilis actor ; Geſnerus oblivionis antagoniſta admirabilis, Copernicus Atlantis ſucceſſor, Paracelſus monſtrorum domitor, præter complurimos alios, quem habent qui ſe conferre auſit, qui non potius divina eorum ingenia admiretur, quam ſuo obſcurare velit. Vnus Joſephus Scaliger, eruditionis princeps, id noſtra ætate aſſecutus eſt, ut plures uni linguas, quam Europæorum quiſquam tenuiſſe & orbis univerſi Muſæum, eruditionis humanæ omnis inſtrumentum, ædibus ſuis & Bibliothecæ poſſediſſe, uſurpaſſeque dicatur, ultimus fortaſſe ingenii humani conatus & ſpecimen. A. Neſcio quid dicam, nam tantis nominibus terrefeſti me, vt diſquirendis opponendiſque noſtri ævi luminibus valde laborem. Nam ſi maximi ſint, quos cum laude producam, numero tamen quod vereor, vincis B. Id amplius metuendum tibi eſt, ne cum eruditionis & cognitionis titulo nimium liberales eſtis, & pro quovis literaturæ ſuperficiariæ fuco venditis, homines producas creperos, comptos, auro obductos, non ſolidos, ſumptuoſos, non precioſos, ut titulis ac jactantia reperias ſimiles multos, pondere & ve æſtimatione veteribus pares pauciſſimos : quo
min

minime iniurium ſit iis, qui non vulgi calculo, ſed ſeria & felici æmulatione majores ſuos aſſequuntur. A. Male mihi eſt, qui eruditos nomine, pro vere eruditis hactenus habui, & veneratus ſum, credidique ſine linguarum, hiſtoriarum, & Matheſeos peritia literatum eſſe poſſe. B. At id ſoletur ſolide eruditos, vel mortuos etiamnum vivere, hos viventes haberi poſſe pro mortuis.

43. *RELIGIONIS VERITAS.*

A. INter alia quæ mirari ſoleo, id frequentiſſime occurrit, pauciſſimos admodum eſſe qui de veritate Chriſtianæ Religionis ſint ſoliciti. B. Ehone tu dubitas? A. Id magnus prohibeat Deus, cui gratias ineffabiles ago, quod Chriſtianum me naſci & educari voluit. B Quid ergo opus eſt, in re certa, & exoptata ſcrupuloſè ſolicitum eſſe? A. Primùm ut Chriſtianiſmi myſterium per vniuerſam naturam diffuſum, & iucundiſſima harmonia præfulgidum amplius admirari, dein qui extra Eccleſiam ſunt, errorum & tenebrarum admonere liceat. B. Non tibi ſacræ ſcripturæ volumen ſufficit? A. Mihi ſane: at ſi cum Mahumetano, Americano, Chinenſe res ſit, non itidem. B. Ridiculum hominem!

ut habeas quod labores, fingis tibi Barbaros convertendos, quos ne intueri tibi unquam continget. A. Temerarium hominem, qui ſecuriſſimè omnes religiones, niſi in qua natus es, condemnas, de tua ſortè non aliter, niſi natali, & municipio certus. B. Saperes ſi Divini verbi conſenſum addidiſſes. A. Scilicet, vt ego te cognoſco, dictorum ſacrorum confuſam & violentam allegationem: ſed hæc miſſa faciamus. Tu aut impugna hanc meam de Religionis noſtra veritate ſolicitudinem, aut mecum ad vniverſalem Divini per orbem cultus contemplationem atque éxamen deſcende B. Univerſalem verò quis finis ſit? A. Is, ut cum religionum omnium quotquot nobis patent, fundamenta perlegerimus, errореſque annotaverimus, eam quæ omni nævo dubitationeque careat, purgatiſſimaq; ſit, ſcilicet Chriſtianam, amplectamur. B. Papæ! non centum exercitatiſſimi, laborioſiſſimique homines ſufficerent. A. At mille ſunt, qui quotidie Chriſtianam fidem calamis propugnare ſatagunt, è quibus ſi centum mihi permittas, nonné operæ pretium ſit, Veritatem Chriſtianæ religionis inſigni aliquo opere adſtruxiſſe? B. Hæc ſomnia tua ſunt, mihi Biblia ſufficiunt. A. Ineptè: cum Biblijs honor, & ſuprema in religiones dictatura tum aliunde etiam conſenſus & robur à me quæratur, tu ſatis habes poſſe aliquid ex ijs deblaterare. B. Res ultra humana eſt quam fingis. A. Itaque P. Mornæum admirare, qui & alia admiranda eſt aggreſſus. B. Satis dubitationum in interpretando Divino verbo eſt, nec

opus,

...us, ut univerſa Religionis baſis in dubium vo-
...tur. A. Latibula quæris, ubi ſecure credas, &
...pune alios petas, interim genitura felix, alio-
...in idem facturus ſi Turca, Iudæus, Ethnicus
...tus fuiſſes.

44. ANTIQVARII.

QVid frontem caperas, amiciſſime? B. Res ſeria eſt ac fortaſſe Diuina verius, quàm ...mana. A. E Trophonij ſpecu redis, & oracu... ruminas? B. Aliud eſt, quod me triſtem fa...t. A. Diuide id mecum, ut doleam tecum. B. ...onne triſtis ſim, qui totannis latinæ eloquen...æ deſudo nec ultra plebem Romanam proficio? ...am quæ trita & vulgaria ſunt, ea fortaſſe bal...ntiens aſſequor, at ſi quid ſacræ Antiquitatis ...ccurrat, nullus ſum. A. Non intelligo quid ve...s. B. Faxo rem omnem habeas. En literas, quas ...l me ſcribit amicorum quidam, antiquitatis ...udioſus, quibus nunc dies aliquot tero ſemper ...ivinans, nec admirabilis ſtyli capax. A. Barba...a oportet eſſe, non Latina, ſi intelligere non li...eat. B. Imo Latiniſſima ſunt eruditis, nobis ve...o planè arcana. A. Sine legam.

Iohanni Sorianti micabili, radioſo Guilielm. S.

...Hœbeis modulis amicitiei tuæ gaudialiter voluptifice & vitulanter ſæpicule anacreon...

ignitabulum ſcintillulaſque nis refricuiſti, nuperaque capiſtratum & tanquam vehabulo jugatũ jugiter betere periolis ac iuare ſamuieſti in æſtimiam, at Gorgonei fontis aſpergine inroratas hinnientiſque rivo ungulæ merulentas pimpleides poetica contenderim ſuperare prurigine. Et è tuis necunquem ſymmathetea contyroletam adſecuturum artitum Te perculire me non inficiar, Hocce aliiſque ſepioticis extrare famillis ex decimatum faeul, belliorem viratioremque Et ne elographa promicando membrana confiat, ne longiſcam, neve ex Laconiſmo in loquaculam blitiamque atticitatem derivetur adloquium ac exordium faxim, non tam hercle quam metuom Eligidion urbium depopulatori ſociem nos verborum delinifico nepente, & titillatu pruriofo pharmaceutriaque nidorum amorabundis illectamentis Ææa Phaethontis fidia pellexit. Longurione itaque diaſtemate diſſitus cicur ſaperda ſelino, ſit ſtudiorum malacia literarum agonio aſinas ne deſiva, quin progna riter antigerio lacertoſeque in eapſe tete exir fules pedotribamque me tuom aureacem prodromum æque atque piſculenti piſtrici cur caudæ moderamine Muſculum ſimies qui d moſculo palæſtrans marte & conniti nigulo rum bonorum aut ad ſpicilegium relinquo ſti pulam, aut è virgindemia uvilegium aut è fe niſecio quod quis ſiciliat, ſed hac de iſtis te nus. B. Quid videtur. A. Sine reſpirem nam ab animi deliquio parum abſum. B. Faci

ſiu

us eſt ridere quam imitari. A. Equidem fateor
ıe nec imitari velle, nec intelligere poſſe, nec e-
ıdita credere. At DI faxint, quotquot hanc
ıonſtroſæ linguæ ſectantur ſectam, cum auro
uratiore Apulei aureo Aſino tranſmigrent in
gneos aſinos.

45. *MAGISTER.*

ı. DIc mihi ô bone, quod nam animal ſit ar-
tium liberalium Magiſter. B Libenter, tu
ero cave animal dixeris, quod jam inter ange-
cas formas pene demigravit. A. Quicquid ſit,
ı eius mihi virtutes explica. B. Audi Quem-
unque hoc nominis honorum faſtigio conde-
oratum videris, credito velut generoſum athle-
am de ignorantia triumphum egiſſe. Itaque utra
ue lingua Europæ primaria vtetur, ſive liga-
ı velis, ſiue ſoluta, promptiſſime. Dein res
mnes in dubium vocatas enodabit, exquiſita-
ue methodo diſtribuet ingenioſiſſime. Mox
erborum flumine, & elegantiarum floſculis
uditorum aures, quoquo volet, trahet: Ex-
ıde numerorum myſteria, & infinitas pro-
ortionum delicias introſpiciet, & rebus hu-
ıanis accommodabit. Sono etiam & vocum
ıarmonia tum ſibi tum aliis modulabitur. Sin
ıenſurandum quid ſit, nulla figura; ponde-
andum quid, nulla moles ingenii ſagacitatem
ireſque effugiet: Cœlum etiam clam ipſo a-
trum nullum rotabit, nec terris hoc inſcio quic-
quam

quam minabitur. Ille enim Naturæ arcanorum omnium conſcius, quid æther præſagiat, quid terra gignat, quid Mare æſtuet, quid montes coquant, quid animalia converſentur, quid homo microcoſmus in ſe comprehendat, quod animæ noſtræ imperium, quæ corporis politia ſit, accurate perquirit, & ſolertiſſime explicat. Denique ad regendos homines fertur, quorum animos prius cicurat, dein conſuetudines emollit, postremo futuræ vitæ cõtemplatione divinitati initiatos reddit. A. O præclarum hominem, ac verè non pileo & annulo, faciumque inutili lumine & taratantaræ ſtrepitu honorandum, ſed humeris noſtris plane ſuſtollendum. Ceterùm cum & honores debeantur eruditioni, & eruditio honoribus, qui fit, quòd titulis hodie minùs quàm parentum ætate confidere licet? Nam qualem modò deſcripſiſti, vix uſpiam juvenem video. B. Id ingeniorum hebetudine fit, quæ tot & tanta non capiunt. A. Interim quotannis bis nobis examen prodit, qui ô utinam ſinguli unam artem ſolidè poſſiderent, & juncti, quod dixiſti, exempla nobis exprimerent! Ego tamen multos tibi monſtrabo, qui ne unum quidem eorum, quæ Magiſtrum conſtituunt, tueri cum laude & docere cum uſu poſſunt, cætera ne deguſtarunt, aut attigerũ quidem, ſunt tamen quod bene vertat Magiſtri. B. Satis ſit aliquos eſſe eruditos, & Reipublicæ idoneos nunquam deeſſe. A. At parentum ſumptus turpiter pereunt, dum pingueſcant illi Aſini creatores, quos non pudet artiũ linguarumque

Ma-

Magiſtros pronũciare, taleſque ab omnibus haberi velle, quos paulò ante ne diſcipulos quidem Matheſews, Phyſices &c. fuiſſe cognouerunt, & illa ipſa, q̃ actib. illis de more recitari ſolẽt, eruditionis ſpecimina, ab alijs cõpoſita, ægré legere & pronũciare poſſe, publico auditorio prodere non dubitant. B. Hæc pietas prohibet dicere. A. Hæc veritas jubet dicere: itaque aut Magiſtri aliam mihi deſcriptionem dabis, aut ab evidentiſſima impoſturæ ſuſpicione illos tuos neutiquam liberabis.

46. *HEROES.*

A. O Saluete heroes, quotquot de humano genere optime eſtis meriti. B. Quæ hæc tua devotio eſt? A. Hic equidem in Heroum atrio obambulo, & vultus eorũ, qui inter homines excelluerunt, cum admiratione & reverentia contemplor. B. Ecquid vero animum ſubit, cum has virtutum iconas intueris? A. Annoto ſi quid rarioris Naturæ ædificij fabricauit, quo tam nobiles animas condigne hoſpitaretur. B. Mihi vero quamprimum monſtra illa occurrunt, quibuscum tanto labore, ſedulitateque depugnare habuerunt neceſſe; tum indigna Mũdi gratia, quam tot meritis impetrarunt. A. Quæ vero major poteſt eſſe laborum merces, quam quod in Memoriæ & bonæ famæ templo ad omnem poſteritatem proſtant, & nobiliora quæque ingenia provocant, ac in Deorum veluti nume-

numerum recepti, totius orbis ſtudijs dant leges? B. Non eſt illud, mi homo, quod præclara illa lumina quæſiverunt; nam ſupereſſe fama tantum, & nominis dubio præçonio, id minimum eſt virtutis: Sed quod humanos errores ubiq; deprehēſos commiſerarentur, magno conatu remedia conquiſiverunt, quæ cum adhibenda eſſent, & magno applauſu ſuſcipienda, turpiter exploſa ſunt, hinc eſt quod miſeros eos dico, qui poſt lōgam defatigationem, humana inſanabilitate irritati, & ſuis laboribus, & terræ maledixerunt, indignanteſque vita hac exierunt. A. Nemo ergo tuo arbitrio reformandis humanis rebus occupabitur? B. Imo optimus quiſq; at ſub certa infamiæ, defatigationis, & ingratitudinis expectatione, id quod politiarum, ſcientiarum, religionum emendatores omnes ſunt experti. A. Suis ſaltem ſatisfeciſſe ſufficiat. B. Ne id quidem licet, tanta eſt judiciorum diuerſitas, ſive potius Decreti divini vis, quod nobis Mundum omnino infidelem eſſe jubet, quis enim alioquin credat Phariſæorum pietatem eſſe hypocriſin, & Herodianorum conſilia eſſe peculatum, & Cyrenenſium ſophiſmata eſſe barbariem, niſi evidentiſſimæ veritati tam impotenter & impudenter reſiſterent. A. Tentandum aliquid eſt. B. I ſane, & cum nobiliſſimo Brahe monſtroſos orbes, & eccentrepicyclos magnis ſumptibus, & ingenioſiſſimis inſtrumentis cœlo pelle, dum tu barbara vi terris tuis extrudaris.

47. RE-

47. *REFORMATIO.*

A. GAude amice. B. Gaudere deſuevi. A. At hoc ſolidum gaudium eſt. B. Ne ſic gaudebo quidem. A. Quod votum tuum, & bonorum omnium, id præ foribus eſt. B. Vellem jam introijſſet, multa cadunt inter calicem ſupremaque labra. A. Scito nobis Reformationem diem dixiſſe, quo de rebus noſtris omnibus diſpicere velit. A. Ah languidam ſpem, & ſolidum metum! A. Quem metum? B. Ludibrij alicujus, quod querelis noſtris poſt acerbum riſum ſuperimponatur. A. Nimium ſuſpicioſus es. B. Vah! neſcis tu illas reformationũ promiſſiones, validiſſimas extorſionũ ſpecies eſſe, quibus ſimpliciores animi juſta indignatione exuuntur, & ad novam turpemque patientiam remittuntur. A. Atqui non licet videntibus, & rerum emendationem efflagitantibus imponere. B. Facilime; modo pompa aliqua, tragico apparatu, magnoque ſtrepitu, & verborum cothurnis res peragatur: is enim vulgi morbus eſt, ut auribus potius, quam oculis credat. A. Nonne vero niſi palam adſit, quod fieri ſibi contendit, nunquam acquieſcet? B. O te ſimplicem! quaſi vero non minutum aliquid increpare aut loco etiam movere, ac ſimul generalis alicujus reformationis ſpem facere liceat. tolle minutias aliquas & ſatisfeciſti, vel ſane in aliquot tempora ab importu-

na

næ reformationis efflagitatione temet liberaſti ; adeo facile eſt projectis nucibus multitudinem capere. A. Neſcio quam animus meus præclara ſpe excidit, adeo me exemplis quibuſdam tetigiſti. B. Noſtrum itaq; erit Mundum, qualis qualis ſit, ferre, neque emendationem ejus vnquam ſperare, cum deterior nunquam ſit, niſi cum correctionem & pœnitentiam ſimulat. Interim ſi quis magno ſtrepitu redintegrationes rerum pollicebitur, ridebimus certe eam eſſe Mundo impoſitam legem vt noctuarum exemplo tãto cæcutiat profundius, quanto lumen circumiens habet copioſius. A. O vale reformatio. B. Vale equidem ; nec enim te his terris vnquam videbimus.

48. *NERONIS ENCOMIVM.*

A. TAndem vero repertum eſſe, qui Neronis encomium ſcripſit, ô ſcelus! B. At is apud me magnam gratiam inijt. A. Tibíne jucundum ſit audire excuſata terræ monſtra, humani generis peſtes? B. Vt humanum ingenium eſt, nihil mihi vſque adeo abſurdum monſtroſumque videri poteſt, quod tantum imperij & licentiæ faſtigium perſuadere, imperare, denique excuſare non poſſit, niſi ſe Deus interponat. A. Quid ergo de ijs dicemus, qui laudabiliter & innoxie in ſublimi illo loco ſunt verſati. B. Aliquid ultra humani præſtitiſſe, Dei ſcilicet beneficio, qui ſic miſericordiam ſuam voluit Mundo

o explicatam, eam orbis noſter reſpiratione in-
igeret. Nam cum tanti ſint hominum errores,
t propter eos ſemper male ijs eſſe ſit neceſſe,
)ei benignitate aliquid bonitatis affunditur,
ua rerum noſtrarum puluis conglutinatur. A.
nterim quis Neronem commendabit? B. Vt
em capias, Nero nunquam excuſatus eſt, ſed
um ijs collatus, quos Mundus innocentiſſimos
redit, vt diſcamus hac ingenioſa comparatione,
on unum Neronem fuiſſe tyrannum, ſed & an-
e, ac poſt eum, imo hodie etiam quam pluri-
nos eſſe, ſi quis æqua lance examinare, & libera
ngua dijudicare velit: Nam humanum cor o-
nnium nequitiarum capax eſt, ſi tempus & fa-
ultas adſit, nec mite ullum ullibi eſt, niſi quod
)eus inhabitat. Hinc Chriſtianiſmus noſter
)ei metum & reuerentiam, tum aſpirationem &
onſenſum ubique & vnice inculcat, ne alijs præ-
ecti, vllo modo ſuo arbitrio imperitent, ſed ad
Cœli leges omnia referant: Quo ſemel amiſ-
o, aut langueſcente, ſtatim monſtra humanita-
is, & facinora enaſcuntur, quæ orbem affligunt,
qualia cum ſua ætate aliqua noviſſet & expertus
eſſet nobilis ſcriptor, noluit à turpi adulatione ſic
poſteritati imponi, ut pro Dijs, & ſalutaribus a-
iquando numinibus adorarentur, qui vix belui-
num inter homines nomen promeruiſſent, qui-
bus exagitandis, quem alium potuit conuenien-
iorem proferre, niſi Neronem, crudelitatis & li-
bidinis principem. A Nunc æquior ſum en-
comiaſtæ. B. Quid ni ſis? qui in eo unice in-
genium exercuit, ut Neronem omnem aliquid
Tra-

Trajanianum, & Trajanum omnem aliquid Ne-
ronianum habere demonſtraret.

49. FABVLAE.

A. SÆpe ſoleo hiſtoricis iraſci, qui res fabulo-
ſiſſimas auſi ſunt pro veris venditare, qua-
poſteritas nihil habitura ſit judicii. B. Vt u-
magna eorum perſæpe culpa ſit, non dubito ta-
men quin multa nobis iam fabuloſa credantur
quæ fuerunt quondam veriſſima. Nam ſi qui
paulo accuratius quorundam temporum tene-
bras, quorundam impietates, quorundam crude-
litates intueatur, & cum felicioribus ſeculis con-
ferat, nunquam ſatis poteſt obſtupeſcere. A
Quis vero credat unquam totius prope huma-
generis rationem tantopere aberrare poſſe, u-
nullibi vero deprehenſo ineptiſſimis opinion-
bus occupetur, & ſub turpiſſimo errorum impe-
rio acquieſcat? B. Modò itaque Antichriſ-
faſtigium intuere, quibus ineptiis & abſurditat-
bus fundatum ſit, non minus tamen in admiran-
dam molem, & inuictam prope potentiam ex-
creverit, ut ne nunc quidem, quantumvis clar-
luce proditum, nocere, ac perſuadere deſinat. A
Quanta religionis vel falſæ vis ſit, etiam Numa
ac Mahometus, tum Serifius me docuerunt: in-
terim nemo perſuaſerit mihi, neminem illis ſe-
culis fuiſſe, qui ſe tantis impoſtoribus oppoſue-
rit, quique ſic fabuloſas technas detexerit ut ſa-
gacioribus minus potuerint imponere: verum
de iis apud ſcriptores altum ſilentium, ut con-
ducti

uctos credas, qui falſa ad poſteritatem tranſmittant, & antiquitatis opinione ſimpliciores inuoluant, B. Erras, ſi id de omnibus ſuſpicaris, nam fuerint aliqui errorum propagatores, ubique tamen humani ingenii infinitam maliá cernere licet, quam utique non diſſimularunt quidam, ſed libere prodiderunt. Id ſufficere nobis poſſet in optimam cautionem, ſi non eſſemus abſurditatis quam rationis avidiores. A. Nunquam ne ſperabimus fore, ut in arcem aliquam veritatis congregati, id unaminiter eligamus, quod ubiq; optimum, & repudiemus quod paſſim ineptiſſimum, monſtroſiſſimumque? B. Id Deo relinquamus; mihi verò ſic quælibet ætas vitiis ſuis, erroribuſq; videtur ſcatere, ut ſubſequenti appareat abſurdiſſima, interim non tollitur, ſed commutatur ineptia. A. O varia hominum monſtra, quibus ſcriptorum libri referti ſunt! B. Ego ſane quoties bibliothecam ingredior, riſum & admirationem non teneo, inter tot abortuum ſpecies & ſchemata. A. Quid ſi quis totius orbis hiſtoriam & acta poſſideat? B. O tace ſis, nam hoc unum ſeculum noſtrum peragit, quod nulla creditura aut comprehenſura eſt poſteritas.

50. *VRANOPOLITA.*

A. HEus viator, quis es? B. Homo. A. Quis Pater? B Deus. A. Herus vero quis? B. Chriſtus. A. Quis docuit? B. Spiritus. A. Quæ tibi Patria? B. Cœlum. A. Domus quæ? B. Cor.

Cor. A. An & miniſter? B. Corpus. A. Matrimonium etiam? B. Caſtum. A. Et liberi? B. Theodori. A. Quem amicum habes? B. Theophilum. A. Conſiliarium? B. Preces. A. Nonne & cuſtodem? B. Crucem. A. Dic quam exerceas artem? B. Silentium. A. Etiamne publicum officium eſt? B. Obedientia. A. Quæ vocatio? B. Baptiſmus. A Religio ecqua? B. Chriſtiana. A. Quod jus? B. Poli. A. Cujus poſſeſſio? B. Soli. A. Quæ panacea? B. Abſtinentia. A. Labor quis? B. Militia. A. Quis hoſtis? A. Adam. A. Quæ caſtra? B. Mundus. A. Quæ teſſera? B. Charitas. A. Quis ſudor? B. ſanguis. A. Quod exercitium? B. Liberalitas. A. Quæ bibliotheca? B. Biblia. A. Quis theſaurus? B. Veritas. A. Quis cibus? B. Verbum. A. Quis potus? B. Nectar. A. Quæ refectio B. Euchariſtia. A. Quis ſomnus? B. Fides. A. Quod gaudium? B. Lux. A. Quæ peregrinatio? B. Arcta. A. Quis comes? B. Pœnitentia. A. Qui ſumptus? B. Pauperies. A Quæ veſtis? B. Purpura. A. Quis hoſpes? B. Sathan. A Quis monitor? B. Mors A. Quod horologium? B. Tempus A Quæ arma? B. Patientia. A. Qui viæ indices? B. Creaturæ. A. Quæ Sarcina? B. Caro A. Quis baculus? B. Spes. A. Quis canis? B. Conſcientia A. Quæ Solicitudo? B. Progreſſionis. A. Quæ fuga? B. Credulitatis. A. Quod itineris fallimentum? B. Contemplatio. A. Quæ recreatio? B. Harmonia. A. Quod tempeſtatum effugium habes? B. Ignorantiam. A. Quid Mundi cavillis

oppo-

ponis? B. Surditatem. A. Quem habes inter-
:tem? B. Eccleſiam. A. Quod profeſſionis
e nomen? B. Reſignati A. Quod tibi ſymbo-
n? B. Acquieſco. A. Quis itineris ſcopus? B.
:io. A. Quis laborum finis? B. Æternitas. A.
sne me tibi ſocium? B. Ita A. Deus aſpiret cœ-
s. B. Amen!

51. IDOLVM.

HEus pictor. B. Adſum. A. Penicillum ca-
pe. B. Eſt in manibus: A. Obſecro te
chartam mihi coniice, quod ſomniaui. B. Iam
ro ſomnias: quî enim ego vmbras inumbrem?
Pinge tamen, meo ſumptu. B. Quid vis? A.
imo caput ingens, maſculum quidem, ſed pe-
natum, & fœmineo cultu luxurians. B. Fiat.
Et corollam circumducito ex papaueribus.
Age. A. Nunc oculos mihi luſcos pingito, &
naſum intentos. B. Eleganter. A. Eis perſpicil-
ſuperimpone, ac viridia quidem. B. Quid tum?
Auribus opus nihil hic eſt, ſed foraminibus ta-
en nullo ordine hic ad tempora caput perfora.
Habes ſatis confuſa. A. Vellem hic crabro-
:s aliquos circumvolantes, inſpiraturos veluti.
En examen veſparum. A Iam os mihi diductũ
:linea, ac deauratum. B. Quid aurum ad tuas
rdes? A. Sine tibi jam imperem; ſed & mul-
m hic ſaliuam effluentem effinge. B. O bellam
naginem! de Naſo vero quid fiet? A. Vix me-
ini, interim tamen roſtrum ſuillum appinge,
ım eo quod porcis allubeſcit aromate. B. Iam

fœtere

fœtere videbitur. A. Collum anſerinum qu
dem ſit, at non ſine inſigni ſtruma. B. Hal
he. A. Tergum fac latum, durum, & und
que cicatricoſum. B. Perge A. Ventrem ve
mollem, tumidum, imo diſtentum verius.
Vah mollem & diſtentum! A. Fiat tamen, nu
aures admove, ſecretum habeo. B Nonne ſoli ſ
mus. A. Res valde arcana eſt. B. Muſſita. A. In a
rem accipe. B. Monſtroſus es. A. Imo ſi vis e
iam ſordidus. Nam hic egeſtionis magna
molem volo. B. Molem vero? A. Molem i
quam quæ credatur corpus univerſum evacua
poſſe. B. Ridiculum eſt tumere, & vacuum eſſe.
Sic iam conuenit, nunc pedes reſtant, eos ulcer
ſos pingito, ac faſciis hinc inde obvolutos.
Vis etiam tumentes? A. Fac gracilem alteru
alterum prout libuerit, dum uterque liveat, &
tubet, & incurvus ſit. B. O manuum obl
ſumus. A. Nequaquam, ſed altera arun
nem teneat, corporis fulcrum, altera thurib
lum, fœtoris levamentum. B. Nihil in m
nibus inſoliti. A. Nihil, niſi quod ex chira
contortas velim. B. Iam ne abſolvi? A. Iamia
ſi corpus omne lepra, vel ſcabie purulentiſſi
obduxeris. B. Phy, deformem & informem f
mam? A. An tu neſcis his iam idolis, his diis M
di ſacrarium ornari?

52. MATHESIS AVLICA.

O Quis mihi monſtretMathematicum?B. Neſcis genus hominum eſſe legibus da-natum ? A.Non ego in alterius vitam inquirã, ꝗæ potius proſpiciam. B. Sed nec in ſuam de-ꝗt eſſe curioſum. A. Non vaticinatorem volo, ſed optimarum artium magiſtrum. B. Quarum igo ? A.Primum Arithmeticæ. B. Eam Stifelius acte docebit, vel noſter Heniſchius. A.Non eã volo, ſed qui bene ſubducam, quantum ad heri mei gratiam opus eſt:Dein Geometram B.Non placet Euclidem? A.Non: ſed qui doceat exa-ctam Heri curvi, & ſervi recti inter ſe proportio-nem:poſtea Muſicum. B. Nihil hic Ariſtoxenus, aut Laſſus? A. Plane nihil; nam heri monochor-dum aliter diſſecandnm eſt. Sed & Aſtronomum velim.B. Quid de Ptolemæo, aut Copernico vi-detur? A.Non ſatisfaciunt,nam ortus & occaſus luminarium Patronorum non bene mihi defini-unt.Aſtrologus autem vbi dabitur?B.Vnus Car-danus abundet. A. At is nunquam docuit quì er-rantium Conſiliariorum veros motus obſeruem. Dein & optico opus habeo. B. Maurolycus ſuc-currat,aut Maroloiſius A. Neſciunt illi,qui radii herilis favoris in me refringãtur, neſciunt pedæ ductum;Catoptricũ minus ſpero.B.IohãnesPet-zan commendatur. A Siquidem ſpeculum deli-neãſſet ꝙ heri mei arcanos æſt⁹, & varios poſitus revelaret.Iã Staticẽ quis docebit?B.Stevin⁹ egre-

gie

gie,ſi parum Cuſa. A. O aſſenſus herilis grauitatis centrum & ſeruitii cum favore æquilibrium aſſignare illi poſſent, vel Machinæ ſaltem eſſent. B. Archimedeis vtere, vel quas Architas excogitauit. A. Majus eſt herilis morę pondus, quam ii alleuare poſſint. Sed & Geodeſiæ ignarus ſum. B. Diſce ex Reinholdo. A. At illi in mentem nunquam venerunt tot unius cerebri ſinuoſæ curuitates, tumores, & concauitates. Hinc de Coſmographo facile deſpero. B Nemo Merula exactior. A. Quî ergo microcoſmi aulici nihil annotauit? Porro Anemomachiam ecquis comprehendat? B. Plinium & Vulturium conſule, anemographum. A. Pauciores illi ventus habent, quam quot in Aula ſpirant, & regulares magis, & impetuoſos minus. Nunc Spiritalia in mentem etiam venerunt. B. Heronis placeant. A. At illius tubuli nimis recti mihi ſunt, & obſtructiones debiliores. Ad Limineureticæ vero nomen cohorreſco. B. Imo Grotio potius gratias dicito. A. Fallitur ille, ſi in aulæ pelago chalybodixin invenire ſperat. Ita Altimetra nullus faſtigia felicioris ſeruitij, aut profunda herilium phantaſmatum attinget. B. Itaque Appianum non admittis? A. Hic neutiquam nec Lorinum etiam vel Specklinum, quicquid architectentur inuicti. B. Adeo ferus es. A. Valeat & Thaumotopætica omnis, & Habrechtus quidem Argentinenſis artifex, quibus nondum innotuerunt irregulares Aulæ regularitates, & rotulæ in omnem ſitum mobiles, & motiones incitatiſſima tarditate, & tardiſſima incitatione le

i auræ libratæ, deniq; ingentis ponderis moles
ı libero aëre à tenui filo pendulæ.

53. MATHESIS CHRISTIANA.

. POtes ne jam etiam meam Mathematicam ferre? A. Poſſum equidem, niſi inſelicitatẽ ıeam rideas. B. Mihi ſane ars mea ridicula non ſt, tua vero, ſive quam quæris miſera videtur. . Aperi ergo, ſi quid habes ſerij, & ſolidi. B. rimum igitur memineris in mea Arithmetica ıcrum mihi eſſe & adorandum Trinum, cujus otentia, quicquid eſt reliquum, ſubſiſtat, nueretur, & cuſtodiatur: dein admirandam eſſe ivini circuli cum humana linea proportioem, ex qua creaturarum dimenſio omnis fluat; rtio innocentiſs. cruoris pondus tantum eſſe, terrenum globum omnem elevet, vires eas, bonos à malis ſecernat: quarto divinarum huıanarumque rerum eum concentum, quem ıens humana non capiat, muſica nulla adumet. Ex his aſtronomia mea oritur, quæ Ecefiæ ortus, progreſſiones, & phœnomena do:t; & ſolem Chriſtum in medio figit, inde ara ſive ſanctorum lumina annotat, & cœleſtis ıori rotatione in exemplum nos & admiratioem rapit. Optica etiam diuinas in nobis dos refrangit, ac lucidiſſimum vitæ Chriſti ſpeılum perſpectivæ noſtræ faſtigium eſt. Geoæſia facilis eſt, ſi nos tantum & terrena cubiı metiri diſcamus, & Coſmographica cuivis

E verna-

vernacula, quotieſcunque mali univerſi, & infelicitatis compendium intra nos moleſte contemplamur. Sed machinis opus valde eſt, inter quas precibus nulla efficacior, ſpe præſentior, patientia durabilior, humilitate tenacior, ſilentio expeditior, quibus plane orbis miràcula perpetrantur, & humanæ vires tranſcenduntur. Ventos etiã humanorum turbinum per ſacri ſpiritus magneticam acum ſatis diſcernimus, & periculoſiores evitamus, imo & portum, quem navigatio noſtra unice quærit in medijs errorum tenebris, & perſecutionum fluctibus nunquam perdimus. Sed hic fidei radij, per legis & Evangelij pinnacidia aſcendant, & Divinæ voluntatis polum idẽtidem conſulant. Interim ſi quid navigio noſtro aquæ influit, eam jugis pœnitentiæ tuba exhaurimus, & de rimis occaſionum, carniſque noſtræ carie nunquam non ſumus ſoliciti: denique hiſtoria ſacra horologium noſtrum eſt, quo ætatis mundi diem in partes ſuas dividimus, & incũbentem nobis veſperam, ſub rationis reddenda calculatione, mercedis promiſſę expectatione, & æternitatis futuræ contemplatione, quicquid eſt reliquum tranſmittimus. A. Sempérne in navi? B. Imo & Inſula, qũam Mundi mare undique impetit, nunquam movet, nedum emovet: nam ex verbo Dei caſtrum nobis eſt, munitiſſimum quod fruſtra huc uſque obſederunt, qui vel verba, vel rationem, vel ſomnia, vel præſtigias, vel minas contra eum produxerunt, cujus nutu hæc omnis uniuerſitas in nihilo ſubſiſtit.

54. VA

54. VANITATIS TRIVMPHVS.

A. LIcet ne etiam recitare ſomnia? B. Recitare licet, ſed deſpuere decet. A. Iucundum tamen eſt vel dormientem eſſe felicem. B. Neſcis tu quam frequenter ſoleat fieri ex auro lutum? A. Audi tamen, dein quod videbitur judica. B Recita ſomniator. A. Quodam tempoie, cum inter humanæ temeritatis contemplationes obdormiſcerem, triumphantem vidi vanitatem. B. Quid miri, cum id quotidie videamus idque gementes? A. Sed hæc viſio mea omnibus partib. conſtabat. B. Videris omnino vano vanius aliquid vidiſſe, refer ergo. A. Primum cum tuba prodibat loquacitas, famæ opinor loco ſpectatores convocatura, cui pictura & prælum ancillabantur. B. Satis condignum exordium. A. Inde magna laſſitudine ſequebantur ſtrigoſiſſimi duo equulei, labor & fidelitas dicti. B. Heu ſortem noſtram! A. Iis aurigæ duo ſuperimpoſiti erant, otium, & crapula. B. Ah ſortem iniquam! A. Additi & ſtimulantes duo, Aſſentatio, & Conſuetudo. B. Importuni equidem. A. Iam ipſa vanitas ſublimi curru vecta mirum qua facie, quo habitu & ornatu fuit. B. Fruſtra eam deſcribes, nam ex omnibus terræ particulis compoſita eſt, inſupérque in horas omnes variabilis. A. Sed & comites duas habuit, ſive ſorores malis, impietatem, & profuſionem. B. Infauſtas orbis peſtes! A. Subſequebantur ſtupor & lucrum, ille multum ca-

chinnans,hoc in ſinum gaudens. B. Tune hæc te ſomniaſſe dices? A. Equidem; ut hujus mundi nox eſt, qua Chriſtianæ Religionis ſeveritas occidit, & Ægyptiæ tenebræ Satyrorum choros & ludibria reduxerunt. B. Quid anne Chriſtus gaudium omne prohibet? A. At tu nondum chorum meum omnem audiviſti. Nam poſt omnes ſubſequebatur Chriſtus, aſina vectus, & væ væ illud lachrymarum imbre ingeminans; cumque jam propè mihi eſſet, audivi dicentem: Hoc vobis confirmo, mitius actum iri cum Sodomis & Gomorris in die judicij, quam cum his.

55. FIDES IURIDICA.

A. TEne lætari rebus tam triſtibus? B. Etiam exultare libet. A. Quid? An Homerus revixit? B. Nugæ! libellus novus contigit. A. Vah libellos, quibus nihil eſt in terris jejunius. B. Quibus nihil eſt ad leniendam hanc vitam præſentius. A. Quid ergo tibi confert boni libellu tuus? B. Novam fidem. A. Deus avertat! nam cum inter tot novas fides vix veterem retineamus, quid de recentiore aliqua fiet? B. Atqui hæc nova meâ, illa antiqua fides eſt, ſub qua ſalvifica fides vtplurimum reſplenduit. A. Quod illi ſectæ nomen? B. Hem ſectæ, quæ ſectatorem vix uſpiam habet! A. Sive religioni? B. Quam coler noſtris religio eſt. A. Ergo perſuaſioni. B. At ne-
min

iini perſuadetur. A. Saltem opinioni. B. Stulti-
æ potius dixiſſes. Nec enim tam ridiculum ho-
ie quicquam eſt, quam huic fidei meę fidem da-
;, ac ſervare. A. Quin tu nomen aperis? B. Si qui-
em fidem mihi das, te huic fore fidelem. A.
'unc ei præſideas, ut poſſis alios in fidem acci-
ere? B. Id quidem paulò poſt & tibi licebit, ſi
unc ordinem ingrediaris. A. Quem ordinem?
. Viri boni. A. Eho! an minus tibi videor bonus?
. Heu, quam frequens hæc omnibus vox eſt!
nterim fides mea abſque comitatu obambulat.
.. Quam tu tandem fidem jactitas? B. Fidem Iu-
dicam. A. Iuridicam vero! cum ægre inter Chri-
ianos numerentur Iuriſtæ. B. Aliud eſt juris cu-
os, aliud juris inſtitor, patronus alius eſt, alius
ıbula. A. Et quid illa tua fides ſibi vult? B. Vt Ma-
nates paterne præſint, ſubditi fideliter ſerviant,
.cerdotes fervide doceant, grex prompte diſcat,
)ptimates virtute præluceant, vulgus candide
us occupetur, ſive ut pauciſſimis habeas, omnes
oneſte vivant, neminem lædant, & jus ſuum
uique tribuant. A Hæ quidem naturales leges
nt. B. Itaque nos minus naturales, qui transgre-
imur A. Quid verò opus eſt, tam antiquiſſimas
ges novam fidem appellare? B. Quoniam vir
onus hodie non novum tantum, ſed miraculũ.
aque miraculoſam fidem dicere licebit. A. Cre-
e mihi, rideberis iſto tuo novo ordine. B. Cre-
iderim; mirum ergo non eſt, ſubditos devora-
, auditores faſcinari, juventutem circumduci,
ulgus deprimi, & rempublicam omnem con-
fiſſimis volutationibus turbari. A. Sine fiet,

quod noſtrum neuter impediet. B. Sit ſane; dum interim gaudeamus quoties vir bonus & fidei antiquæ cuſtos occurrerit.

56. *RESTITVTIO IN INTEGRVM.*

A. HEm quis concurſus hominum, quis applandentium ſtrepitus? B. Vah tu unus ignorabis quod poſſideamus Publicum Bonũ? A. Gratulor equidem vel neſcius rerum, ſed non tu me beabis fœlicitatis novæ deſcriptione? B. Quin me potius comitaberis, ut adoremus uterque terrenum numen. A. Dic ſodes quæ Dea illa? B. Vix præ lætitia poſſum, ita expectata nobis diu, & precibus vocata tandem comparavit. A. Integritas eſt? B. Non ea quidem ſed quæ integritatem, cum numeroſo alio virtutum choro adduxit. A O felicia tempora! B. Equidem; quibus Hercules novus, monſtrorum domitor omnium apparuit. A. Enecas me mora. B. Et Aſclepiades nov⁹, nov⁹ Machaõ terris reddit⁹ eſt, pellendis morbis immiſſus. A. Libera me. B. Et Saturno imperium reſtitutum, ad priſtinam felicitatem revocandum. A. Quin eo ſpectatum. B Mane, jam nomen accipies, ſed pileum prius detrahe. A. Si vis etiam calceos. B Quod felix fauſtumque, Reformatio urbem noſtram magna pompa ingreſſa eſt. A. Ha ha ha he he. B. Dij te perdant, qui ſaluberrimum hoc nomen rides. A Heu heu heu nobis! B. Iam ne fles? A. Quid faciam, ſi nec ridere, nec flere licet? B. Potius admiraberis

aberis ſortem noſtram, qui in ea tempora inci-
ımus, ubi cuncta in integrum reſtituentur. A. I-
aque novas thermas mihi annuncias, & aquas
nedicatas, quæ malis omnibus ſuccurrant? B. O
idiſſes tu Reformationis comitatum, jam non
avillareris. A. Obſecro te, da id incredulitati
neæ, ut enarres, fortaſſis convertendo. B. Dies
on ſufficit, ſed inter maxime notabiles ſcito fu-
iſſe Religionem, Iuſtitiam, Sanitatem, Scientiã,
.aborem, Rationem, Honeſtatem, Ordinem,
Moderationem, præter innumera alia vitæ hu-
nanæ decora & ſubſidia. A. Magnifice tu quidẽ,
ed an humana etiam eſt illa Dea noſtra Refor-
natio, & affabilis, ac quæ audiat noſtras quere-
las? B. Quinimo plebis deſpicatiſſimę vitijs unice
c libenter occupatur. A. Crediderim; nam id
nagis tutum eſt. Sed anne jam præſtitit aliquid
anto apparatu dignum? B. Quid properas? prius
ecandum eſt, dein medela addenda: nondum e-
ıim morbi noſtri omnes patent. A. Vtiq; ſed quid
opus eſt ferro noſtra vulnera ſcrutari, cum nihil
ubdetur medicaminis. B Neſcis tu jam aliquas
nuſcas eſſe è republica noſtra proſcriptas. A. Et
Crabrones aliquot conductos. At ô bellam me-
dicinam, ſi quis hemicrania laboret, ta-
los ſalubri oleo inun-
gere.

57. SALARIVM.

A. SEmpérne tu efuries? B. Sic decet. A. Nempe irritaſti aliquando Heri tui famulos? B. Siquidem precari irritare eſt. A. Itaque inexorabiles ſunt, & minime tales, qui in Divorum aliquando numerum referantur? B. Certe hi Sancti mei ſurdi plane ſunt. A. Neſcis tu eſſe laborum & ſalarij æquipondia ſolertiſſime librata, nec vlli facile fieri injuriam? B. Ita ne; atqui labor labi me prope facit, ſalarium ſal vix ſuppeditat. A. Itaque & laboris impatientem eſſe, & deliciarum appetentem credibile eſt. B. Certe; Nam ſi quis Muſæum meum introſpiciat, pulvinaria ibi paſſim, ſi culinam ſcarorum jecinora, phaſianorum & pavorum cerebella, linguas phœnicopterorum, murenarum lactes cõmiſceri deprehendit. A. Iocaris tu quidem: Ego tamen haud capio, quî alij cuticulam probe curent, tu ſemper famem præ te feras. B. Quia à quæſtoribus nondum multiplicandi artem didici. A. Vah infamem Arithmeticam, at cur inæqualiter alimini? B. Nempe quia fœnum bovi, Pſittaco ſacharum datur. A. Et qui terram colunt equulei paleis paſcuntur, qui otiantur caballi, avena ſaginantur. B. Et qui calceos alijs faciũt diſcalceati diſcurrunt. A. Eſt ne vero fortunæ, an vitæ generis lautius vivere? B. Olim fortunæ fuit, nunc vitæ inſtituti eſt; nam quo quiſque inutiliorem didicit & viliorem artem, eo alitur hodie liberalius Etenim qui complicare mantilia,

aut

t diſſecare anſerem, aut rotare canem, aut pin-
:re Thaidem, aut inflare tibiam, aut jaculari i-
ıem, aut ſiphare aquas, aut infilare uniones, aut
ıſpare crines, aut fricare puſtulas didicit, quin-
nis, & millenis etiā coronatis conducitur, qui
ei in terris īnterpres eſt, qui patriæ invigilat,
ıi ſanguinem & vitam exponit, ſesquicentum
renos ex adminiſtrantium forcipibus vix tan-
m eripit. A. Vbi ergo illi Magnifici Patroni, &
ecœnates munificentiſſimi, quos veſtris char-
vndique præfigitis? ubi illa in literas liberali-
s, & artium perenne viaticum, virtutum invio-
ɔile mercimonium? B. Hæc veterum deliria
nt, hodie aliter vivitur. A. Illi vero qui ad cla-
ɔs ſedent, literarum haud ignari, nihil interce-
ınt, nihil promouent? B. Nihil; ut enim quiſq;
ımmode ſedet, ita ſcit quibus artibus illuc per-
:nerit; nam qui literis emerſiſſe illos credit, de-
ɔit, qui verò ingenij, eruditionis, experientię &
borum id eſſe pretium credit, quod olim reve-
fuit, hodie promittitur, planiſſime inſanit.
aſus aliquis fortuitus, ac plærumque ridi-
ılus multos elevavit. A. Nihil ergo poſthac li-
rulis tribues? B. Planiſſime nihil: hac enim æ-
te noſtra præſtat dentiſcalpia radere, quam li-
rarijs monumentis magnatum favorem emen-
:care.

58. *DIVAGATIO.*

VNde nobis, unde mihi? B. Ex Europa. A.
Quid monſtri, an Europa urbs aliqua eſt?

B. Mihi quidem ſicjam videtur, quicquid pateat, & fluminibus interſecta, montibus & campeſtribus diſtincta ſit. Nam ejus incolas, velut unius emporij cives varie varios, omnes perluſtravi. A. Tune tantillo ſpatio Europam luſtrâris, ego ædes meas nondum undique inſpexerim? B. O lapideos oculos, corpus teſtudineum! Ego cum avibus certarem pernicitate. A. Dic age, quos urbis tuæ Europæ cives inſpexeris. B. Vah! quid me fatigabis, vidi Hiſpanos, Gallos, Italos, Vngaros, Bohemos, Polonos, Ruſſos, Suecos, Danos, Anglos, Scotos, Germanos. A. Et hos omnes non amplius triennio, quo videris mihi abfuiſſe? B. Imo aliquantulo minus. A. Itaque percurriſſe eas terras oportet. B. Potius peruolâſſe, nam veredis plærunque uſus ſum pegaſeis. A. Atqui paulo ante perluſtraſſe ajebas, cum pervagatum eſſe dicendum erat B. Sophiſticaris A. Qui vero tot homines allocutus es, linguarum imperitus? B. Per interpretem: nam qui me circumduxit, jam dudum & viarum, & linguarum peritiſſimus fuit. A. Tu vero cum mutus aliena introſpiceres, quid voluptatis habuiſti? B. Vah, quam ſimplex es, nonne jucundum ſit tot urbes, tot flumina, tot facies, tot veſtitus formas tot ciborum & vini genera, tot animalium, & arborum ſpecies contemplari, & publicam quaſi orbis Comœdiam intueri. A. Fere convincis: nam cum alij noctu ſomnient, tu jam interdiu tam jucundi ſpectaculi memoria poteris ſomniare. B. Nugator; nihil vero delectet in convivijs & conventibus tacite glorioſulos audire, & ſubito vel

ut ex inſidijs examinare, in quo hoſpitio hîc, aut ibi diverterint, quod urbis ſignum, qua via in ſphæriſterium eatur, indeque illis pudorem, ſibi admirationem procurare? A Dein ſcire ubi aqua, ubi cerevisia, ubi vinum bibatur; ubi caſeo, ubi lardo, ubi carnibus, ubi piſcibus vivatur; ubi lana, ubi linum, ubi ſericum, ubi pelles homines tegăt; ubi ſoleæ, ubi calcei, ubi crepidæ, ubi grallæ ſint in uſu, & ſi quæ ſunt aliæ orbis elegătiores diverſitates, eæ ad numerum tibi omnes veniũt. Vide quam iniquus ſis. In tanta hominum, vultuum, linguarum, morum, conſuetudinum, ſtructurarum, numiſmatum, adde etiam religionum, legum, artificumque diſcrepantia, quis dubitet præter inſignem voluptatem, exactam etiam prudentiam progenerari. A. Atqui conſtat te nec cum prudentibus conferre potuiſſe, nec libros tam varios conſuluiſſe, nec morum diverſitates, earundemque rationes adnotaſſe, denique niſi cum cauponibus, aurigis & ſimilibus nihil habuiſſe commercij. B. At hi ipſi nihilne doceăt? A. Ha ha he, quid obſecro iuvat, cum leone rugire, cum equo hinnire, panthera caurire, urſo uncare, apro frendere, cervo glocitare, aſino rudere, verre quiritare, ſue grunnire, cane laterare, vulpe gannire, lepore vagire, muſtela dintrire, ſorice deſticare, rana coaxare, lynce orcare, vacca mugire, tygride rancare, pardo felire, lupo ululare, elephante barrire, ariete blacterare, ove balare, hirco mutire, catulo glaucitare mure mintrare, gril-

lo grillare, catto cattillare, angue ſibilare, turdo trutilare, ſturno piſitare, perdice carare, anſere gracitare, turture gemere, palumbe plauſitare, anate tetrinire, accipitre pipire, milvo lipire, gallo cicurrire, gallina graccillare, pavone pupilare, hirundine trinare, aquila clangere, vulture pulpare, corvo crocitare, graculo frigulare, ciconia gloterare, paſſere pipire, cuculo cuculare, cicada fritinnire, bubone bubulare, ape bombiſare, veſpertilione ſtridere, noctua cucubare, regulo cincillulare poſſe, ſi ex his omnibus nihil ad vitam beate, beneque degendam ad nos & Rempublicam proueniat.

59. GRAECISSANTES.

A. XAῖρε amiciſſime. B. Et tu ſalve doctiſſime. A. Quid ſtudia progrediuntur, καλῶς opinor καὶ μεμαχα ημβῶως. B. Ha ha he. A. Qui rides, anne tibi hæc γελοιόζεζε? B. Vt quæ maxime, quid enim opus eſt te bilinguem eſſe cum una iam hic ſufficiat. A. Sic decet inter eruditos, ἀπόδοτε enim ait Salvator πᾶσι τὰς ὀφειλάς B. Atqui alterutra uti poſſes, niſi malles ex latina & græca centaurum facere. A. Falleris, nam cum latinæ plerumque ἔμφασις deſit, è græca mutuatur πλήρωμα. B. Itáne latinæ linguæ injurius es? A. Itane τοῖς φιλέλλησι tu iniquus? B. Ego ſane admirari Græcam linguam velut Sapientiæ matrem & Theſaurariam

atis non poſſum, neque lugere ſatis ejus apud am multos ignorantiam, vobis vero nunquam ion ſuccenſere, qui inepta variegatione utramque dedecoratis. A. Nonne quod gemma in τῷ ρυσῷ id græcorum argutiæ in τῷ λόγῳ? B. Quod ulex in aure, id latinæ græcæque inſulſa conrepitatio. Neſcis vero aliud eſſe Græcis ſententijs ijſque rarioribus orationem ornare, aliud diverſarum linguarum vocabula inter ſe commiſcere? Illud alterum eruditorum eſt, hoc inſanientium. A. σὺ μὴ σκώπτεις, ego tamen ſcio quid iterarum deceat, ἀμέλησον ô Barbare. B. Anne obſervas, quam inſipide loquaris? A. Siquidem credamus tuis ὤτοις. B. Hem iterum ſtrepis. A. Poſſum equidem & χωρὶς alterutram loqui, ſi ubeat B Tenta obſecro an poſſis. A. εὐχερῶς. B. Cave tibi A. Si deſtituat autem latina, non prohibebis τὰς θυνειστὰς λέξισι B. Vah conſuetudinis violentiam! quid vero ſi alius quiſpiam germanica in hunc modum cum latinis cōmiſceret. A. ἀληθῶς ne id quidem ſemper male fit. B. Suſpicabar te probaturum, ex eodem enim fonte utrumque profluit. De illis vero Galliatis noſtris, vt ita dicam, aut Italionatis, quibus vernacula noſtra vndique anguſta, & inops eſt, ecquid ſentis? A Illos τῶν θεῶν χείσις nondum recepit. B. At conſuetudo impotentiſſime fovet. Sed ut ineptiam illam. A. Scilicet ξενομανίαν. B. Age ſiet, ut mittamus inquam, nonne notaſti in literaria noſtra turba, qui cum germanice loquēdum foret, latinè itentidem perſtrepunt, cum latinè, ſilent, aut cum Priſciani interitu balbuti-

unt. Idem opinor de Græciſſantibus eſſe judicandum, ac fortaſſe aliquid imperitius, ut circulatoribus illis, ſive ut tecum loquar agyrtis comparare liceat, quibus aliquot latina vocabula medica in numerato ſunt, quibus ruſticellorum aures circumſonant. A. ἔςτ καὶ πάλαι ἠπιςάμην. Sed nos de omnibus haud pronunciemus aut multis B. De multis audacter, & plæriſque etiam ſi ferre potes, nam qui Græcè docti ſunt, nunc hac nunc illa diſtincte utuntur, aut cum elegantia miſcent. A. Velim ex te audire hujus rei πρόθεσιν ἔκθεσιν, διορισμὸν, κατασκευὴν, ἀπόδειξιν, & συμπέρασμα. B. Ha ha he, Scholam ſi dixeris, omnia dixeris. Nam ubi tot termini naſcuntur, ibi & uſus illorum incompoſitus oritur, quid enim non fiat ubi eruditior eſt, qui meros terminos loquitur, quaſi ille ſutor melior qui ſubulam, acum picem aut muſtricolam loquitur. A. Σιώπα, ἐυφήμει, ὀυ γὰρ ἀσφαλὲς ὄυτε σοὶ λέγειν, ὄυτε ἐμοὶ ἀκούειν τὰ τοιαῦτα.

60. *MALEFICI.*

A. TV quidem apud inferos fuiſſe videris. B. Non plane, ſed in Æaci ſuburbio. A. Suſpicabar hunc tuum vultum ſupplicia, & cruces portendere. B. Non male ominaris; nam hæc converſatio mea tandem in crucem deſinet. A. Quid, an in vinculis aliquos habetis? B. Plures ſane quam velim. A. Quid commiſere? B. Neſcis genus hominum eſſe nimium civile, quod viatores ſarcinis aut veſtibus exonerat, aut nimium

nium pervigile, quod noctu ædium vaſa diſpo-
it? A. Ah miſeros, quibus unis peccare magno
enit! tu vero quid illos ſolaris? B. Primùm du-
ſſime increpo, qui rem naturæ & humanis legi-
us omnibus adverſam fuerint auſi, qui vitam
eſſimo otio & exitioſa licentia transegerint, qui
eligionis, & virtutum civilium curam nullam
abuerint, qui laborem & ſudorem aliorum de-
averint, qui parentum & bonorum omnium
um monita, tum exempla conculcarint, & ſi quę
lia ſuccurrunt, quibus corda liquefiunt: dein ad
eriam pœnitentiam & ardentem miſericordiæ
Divinæ implorationem erigo; deniq; ad mortem
patienter ac fortiter ſuſtinendam præparo. A. E-
gregie ſane hæc omnia, atque vtinam in multos,
atque adeo plurimos illa tua animæ cura exten-
deretur. B. Hem tuné plures velles maleficos?
A. Haudquaquam, ſed pauciore, fieri tua ſedu-
litate: nonne enim infiniti malefici ſunt, qui ta-
men pro vinculis varia virtutis ornamenta ge-
runt? B. Qui illi? A Illi Gigantes, (noſti quos
velim,) qui nomen Dei perpetuo per Sacramen-
torum miriades, & ſanctiſſimæ Paſſionis ſpecies
omnes blaſphemant, qui totos annos crapulæ &
ebrietati dant, qui fœda libidine ædes promiſcue
conſpurcant, qui inopibus inſultant, & paupe-
res ad medullam uſque arrodunt, qui religio-
nem & jura civilia inter pocula rident, & in ſpur-
ciſſima trahunt, qui oris fœditate honeſtis aurib.
ubiq; graves ſunt, qui biennio aut citius in tanta
prodigalitate tamē diteſcūt, vtcū decē laborioſiſ-
ſimorū ſedulitate decertēt, qui planiſſime tempus
Deo

Deo & animæ noſtræ debitum comburunt, qu bonis omnibus adverſantur, & ſi quæ aliæ ſun illorum monſtrorum dotes; eos nonne durite increpas, & linguam in tam peſtilentes mores a- cuis? B. Id quidem è ſuggeſtu ſtrenue facio, re- liqua Magiſtratus viderit. A. Anné vero ex ijs a- liqui amici, & familiares ſunt? B. Non poſſum negare. A. Ii ſaltem corrigendi eſſent. B. Non flectuntur, tantum eſt malis eſſe aſſuefactum, ſec & tractabiliores apud me ſunt. A. Scilicet vt cū *Ego miſer peccator,* obiter deblaterârint; tu faci- lius ſubjicias: *Confide fili, remiſſa tibi ſunt pecca ta tua.* B. Relinquamus Deo judicium. A. In terim in pauperculos ſævitis. B. Quid fiet, ſi il- lis impune furari liceat? A. Quid fit, dum hi to- tas vrbes deprædantur, inficiunt, contaminant Itaque ſi quis poteſtatem det, hos cyclopas om nes ſuſpenderem, illos errones ad frugem & la- borem reducerem.

61. *EXPECTANS.*

A. QVid ſibi volunt circa collum faſciæ, an Demoſthenis morbum habes? B. Facil eſt miſerum ridere. A. Condolebo itaque dum tu mihi hoc malum aperias. B. Nomen nondum habet, ſed neſcio quî collum mihi humeris con creſcit. A. Equidem infœlix es; ſed quid conij cis cauſam dediſſe? B. Crediderim frequentem ſuſpicionem. A. In cœlum? nimium devotus es B. Jam quidem in cœlum ſuſpicio, poſteaquam in hominibus nullum ſubſidium eſt. A. Ergo

ho

hominis ſuſpexiſti. B. Fatendum eſt, atque
diu A. Quid expectabas igitur? B. Vt è puluere
& luto me illi ſublimes aliquando attollerent, &
commodiore loco reponerent. A. Quid fit? B.
Dum ego in honorum & officiorum rotam per-
petuo intendo, & precibus tam inexorabiles au-
res diverbero, rota promovet, & quos jam pro-
pe exoraveram, altius attollit. & novos ſubinde
mihi obijcit, vt & altum illi eleuati ſimul incla-
nandi, & recentiores hi mihi conciliandi fue-
rint. Hinc raucedo, & tuſſis, & colli rigor, ner-
vorum ſtupor, & quod miſerrimum, mei tædi-
um. A. Et nihil hic tantus labor profecit? B. Ni-
hil, niſi quod ægrotare jam vides. Nam dum ali-
os mors avocat, alijs inviſus ſum, alij vana ſpe la-
ctant, alij intercedunt, aliis innoteſco, alij me-
cum quiritantur, ætas perit, ingenium hebeſcit,
valetudo languet, nummi diffluunt, amici fati-
gantur, literæ evaneſcunt, corpus obcallet, ani-
mus deſperat. A. Miſerum oportet eſſe, & infe-
liciſſimo aſtro natum. B. Crediderim: nam ſi
quæ inſunt horoſcopo meo fauſtæ ſtellæ, omnes
occiduæ ſunt, maleficæ vero meæ regnant. Vna
& altera ſupereſt, quæ ſi vellent. A. Tu quidem
Curiæ cœlum intelligis, atq; ego vellem te poſt-
hac in Chriſtianorum cœlum ſuſpicere, niſi hu-
manæ infidelitatis ſatur nondum es. B. Quid ſa-
tur? etiam nauſeans & vomituriens: quem enim
non tædeat ætatis precibus nequicquam abſum-
ptæ? A. Confide Chriſtus noſter exorabilior eſt.
B. Licetné verò petere? nam in illo altero cœlo
regula eſt, qui petit ſordet, qui tacet latet, nec
enim

enim ut olim ita hodie donorum æſtimatio eſt ſed munerum, ut niſi preces auro ſuffulcias, amplius etiam irrites. A. Chriſtus aliter, quem precibus nunquam fatigabis, & cui quovis angulo nunquam eris obſcurus. B. Sed an expectantium etiam tabulam habet, quam ſicubi opus hominem habet inſpiciat? A. Iterum tu ad homines devolueris. At memineris Chriſti negotio nunquam idoneos defuturos: te vero ſicubi idoneus videberis, nuſpiam ſatis latere poſſe.

62. HOROSCOPVS.

A. ITané aſtris nihil in me benevolentiæ, nihil æquitatis? B. Quid ſtomacharis? A. Obſecro te adesdum mihi, ut cœlo iraſcamur. B. Cœlo verò? A. Vtique, quod tam inauſpicatas nobis ſtellas vehit. A. Ego vero dudum didici ſtellas omnes negligere, præter unam illam Iacobi ſtellam. A. Facile ſit illas negligere, ſi à nobis abſtinerent, & vitam relinquerent magis tolerabilem. B. Itaque à ſtellis eſſe credis vitæ noſtræ amaritudines? A. Sic enim ajunt, qui cœlum omne perſcrutantur. B. At alij negant, quibus ob id ſtellæ non ſuccenſent, nec vindicias immittunt. A. O nimium felices! mihi vero maxime devoto iratæ ſunt. B. Itané perſpexiſti omnem horoſcopum tuum, ut nihil fortunati alicubi latere poſſit? A. Nihil ſpei ſupereſt, niſi ut quamprimùm infauſtam vitam finiam. B. Quod ſi tuo arbitrio cœlum volueretur, ecquid Planetis imperares? His enim audio orbis imperium

rium potiſſimum concreditum. A. Vah
id quæris ? Saturnus mihi conciliaret artifi-
s, ♃ Principes, ♂ Nobiles, ☉ Divites, ♀
æminas, ☿ Literatos, ☽ omnium horarum
omines. B. Quid ſi hi omnes faverent tibi, tu
ro aut ineptires, aut ſane ab ijs ad te nihil re-
undaret ſolidi? Mallē itaq; ego ſi tale quid poſ-
nt ♄ Induſtriam, ♃ Patronos, ♂ Animum,
☉ Opes, ♀ Succum, ☿ Linguam, ☽ Accom-
odationem largirentur, quibus inſtructus u-
iq; ſalvus & ſecurus forem. A. Nimium impor-
nus tu es, qui panem tibi vis naſci, non triti-
um, vinum, non uvas, induſium non linum. Ita-
ue ab illis numinibus generaliora petenda ſunt,
ilicet, Saturnus corpus laboribus aſſuefaciat,
♃ tempus & locum commodum ſuppeditet, ♂
obur membris noſtris, & fervorem immittat,
☉ è generoſo ſemine naſci, vel cum eo miſceri
altem permittat, ♀ faciei & formæ gratiam ad-
at. ☿ bonam famam & nominis claritudinem
onciliet; denìque ☽ de opportunitate ne-
gotiorum proſpiciat, quæ ſi impetraveris, facile
rit quæ deſunt adhuc addere. B. Valeat illa tua
Aſtrologia, quæ cum paſcere videtur jejunos di-
nittit, mihi quidem pro ♄ Divini commercij
neditatio erit: pro ♃ Cœleſtis in filios & hære-
les adoptio : pro ♂ conſtans luctæ ſpiritualis
xercitium, pro ☉ Fidei lumen ſplendidiſſi-

mum;

mum; pro Venere Chriſtianæ charitatis flamma pro Mercurio ſacrorum colloquiorum facundia pro Luna, hujus inſtabilis mundi, & tot adver ſantium viciſſitudinum demiſſa & ſilens patien tia.

63. HAESITATIO.

A. QVid eſt quod te ſemper video talem, id e nullum, ejus cum ſis ætatis, vbi Deo & Reipublicæ ſerviendum? B. Quoniam res om nes ſunt difficiliores, quam ut eas quiſquam poſ ſit eloqui. A. Deſine itaque homo eſſe, quibu hæc ſuprema lex eſt laborare. B. Atqui ſunt la boribus ſui gradus, ſua pondera, quæ dum exa mino & inter ſe confero tempus effluit. A. Ec quid tamen præ reliquis placet? Theologia? B Nimium auſteritatis habet, nimium periculi. A Iuriſprudentia? B. Mentiri neſcio. A. Medicin vero? B. Pedet locij. A. Philoſophia certe? B Metuo phreneſin. A. Philologia ſaltem? B. Na tes detergeam? A. Mechanica forte? B. Eſuri A. Agricultura? B. Robur deeſt. A. Venatio? I Ferinum eſt. A. Aucupium? B. Ludicrum. A. Pi ſcatio? B. Madefacit. A. Muſica? B. Hiſtrionic eſt. A. Chirurgia? B. Fœtet. A. Pictura? B. Sto dos facit. A. Metallica? B. Fumigant. A. Fabrica B. Fuligo diſplicet. A. Moletrina? B. Strepitus e necat. A. Piſtrinum? B. Male audit. A. Culina B. Apage ſordes. A. Fullonia? B. Non ſufficio A Textrinum? B. Phyſcabiem. A. Laniena? B. Bar barum eſt. A. Coriaria? B. Mori malim. A. Su

trina

ſina? B Nares non ferunt A Carbonaria? B. ..ides me A. Vitriaria? B. Nimium calet. A. Fi- lina? B. Inquinat A. Lateritia B. Tantundem. A. Lapidicina. B. Supplicium dicis. A. Sartoria? B. Ludibrium. A. Quid de lignarijs fabris vide- ar? B. Lignei ſunt. A. Aut ſcriniarijs? B. Indu- eſcunt. A Statuariis? B. Hemicrania inſidiatur. A. Vietoribus? B. Vinum olent. A. Quid in equi- e diſplicet? B Strigmentum. A. In mercatore? B Dubia fortuna. A. In nauta? B. Maris rabies. A. In milite? B. Sanguinolentia. A. In typographis? B. Sitis A. Quid opus eſt alios producere? nec e- nim ulla arbor tibi placet, ad quam ſuſpendaris. B. Id eſt quod dixeram, omnia faſtidijs & mole- tiis plena eſſe: ſine igitur ſim, qui ſum. A. At ſic nec infantem licebat fuiſſe, quoniam inquinaba- ris, nec puerum quoniam cædebaris nec juvenẽ quoniam fervebas, poſthac vero vir eſſe non au- debis, ob domus curas, nec cœlebs vivere, ob varia retia, nec ſenectutem expectare, ob mor- borum ſatellitium. B Exhorreſco quoties in mentem venit, nihil eſſe ſub ſole in quo libeat ac- quieſcere. A Equidem cum omnia tibi ſint cle- mentiora, tu unus in te ſævis, & tibi es difficilli- mus. Et cum in ſingulis habeas quod accuſes, non animadvertis illam tuam moroſitatem eſſe omnibus illis vitijs deformiorem. Quid enim o- pus eſt, cuncti hominum labores te affligant, cũ unicus poſſit tibi tempus occupare, ac, ſi crede- re poſſes, fallere; nam quæ nunc tibi miſera vi- dentur, paulo poſt minus inviſa, denique & fa- cilia erunt, B. Diſpiciam, quam me in partem

ver-

vertam. A. Elige tu optimum aliquod vitæ ge-
nus, quod conſuetudo reddet jucundum.

64. *EXVL.*

A. ORnatiſſime vir, Cum Deus noſter ita d
ſpoſuerit, ut ego quidem in præſens eg
am, tu commode ac cum dignitate vivas, non a
gre feres abs te aliquod inopiæ ſubſidium mi
reverenter expetiſci, quantum humanitas ti
perſuaſerit, & fortunarum ratio permiſerit; Id
propter communem noſtrum Chriſtum, cuju
nomen ad vitæ vſque periculum, & poſſeſſionu
jacturam annumeravi; propter patriam eanden
cui corpus hoc qualecunque fideliter expoſu
propter literas utrique familiares, quas apud
intercedere poſſe ſperarim, denique propter hu
manæ ſortis varias vices, quas vel feliciſſimus ex
timeſcit, ſic te Deus ſalvum florentemque eſ
velit. & pro benefactore in membra ſua agnoſca
coronetque. B. Dolet equidem, mi vir, bon
male eſſe, & in ſolidam condolentiam me voc
quiſquis injuriam patitur, quod ſi ob Chriſtu
quis etiam eſuriat, is omnino paſcendus mihi eſ
ſi nihil planè patria communis exigat, aut hum
nitas perſuadeat. Interim non ſuccenſebis mih
ſi modeſte & candide illius tui exilij teſtes aliqu
requiram, quorum conſenſu illa tua integrit
magis eniteat: nec enim ignorare potes genus
liquod hominum in Deum & bonos paſſim inj
rium, quod otio & divagationi ſuæ, imo & n
quitiæ ſanctum Exilij nomen præfigit, & bon
ru

am condolentiam deprædatur. A. Laudo equi-
em, præclare vir, illam tuam ſolicitudinem, atq;
n literas, quibus certior eris, mea quondam om-
ia in Deum eſſe inſumpta, nec reſtare niſi hanc
:nuem compagem, ſed quæ non minus Euan-
:lio devota eſt, ſi quis Princeps velit Eccleſiam,
ut ſcholam concreditam. B. Fidei in his literis
tis eſt, nec dubito quin & alijs, ubi eas protuli-
i, ſatis fecerint. A. Nunquam tibi perſuaſero,
gregie vir, quam pleriq; ſint immites, quam dif-
ciles, quam ſuſpicioſi, quod tamen in impoſto-
:s illos magis contulerim. B. Non vero ſic diffi-
ere decet, ut Chriſtianam charitatem planè ex-
amus, præſertim cum Chriſto demus, cujus no-
nine petitur, non impoſtoribus. A. Sic ſumus,
t de opulentis optima quæq; ſperemus, de pau-
eribus peſſima cuncta metuamus. B. Quid Prin-
ipes vero, & quibus eſt ærarium in hanc rem ſa-
rum? A. Eleemoſyna datur, nec eſt præterea
liud ſolatium. B. Et idem fit tubicinibus, hiſtri-
nibus, ſymphoniacis, ac haud raro liberalius:
go vero ſtipendium aliquod exulum erigi ve-
m, ubi quos Chriſto fideles, & ad ſanguinem
ſque ſtrenuos fuiſſe certo conſtat, alerentur,
um vel vita adhuc vegetior ad ulterius Chriſti
:rvitium conferretur, vel languidior commodi-
s finiretur. A. Id maximi ſumptus haberetur. B.
Neſcis fortaſſe quantum in canes abſumamus, at
am apud me ingredere.

65. MO-

65. MOROPROTERIMA.

A. QVid rides? B. Ridiculos. A Te ergo ride
B. Et te quoque niſi mecum riſeris. A Pa
fatuorum vis. B. Imo ſocietatem, nam è magn
ſtultorum concione huc ad te venio A. Qui il
li? B. Optantes. A. Et tales quidem nos omne
B Simus; neſcio tamen quam aliqui mira vot
ſomniant. A. Dic ſi quos noſti nobis ineptiore
B. Dum in foro obambulo incido in novelliſta
rum illorum conciliabulum, noſtin? A. Emeri
tos illos mundi dicis. B. Bene; ijs immixtus, for
te inania vota diſtribuunt, quæ ſuo quiſque ordi
ne proferret Hic Midæ digitos optabat, ille Gy
gis annulum, alius Samſonis capillos, alius Or
phei cytharam, quidam Dædali alas, alter Perſe
gorgona, alius Fortunati loculos, nonnullus Mi
thridatis linguam, ſed & quiſpiam Zoroaſtri pr
culas, & mox proximus Luciani riſum. A. T
anne mutus? B. Illud quidem occurrebat præ o
mnibus, quæ optarunt ſuaviter ridere; ſed no
licuit inter homines promiſſæ barbæ: itaque u
nam rem, ac nobiliſſimam expetij, μωροπροτερημ
A. Apparet te fuiſſe omnium ſtultiſſimum. B
Deſipis, nam quis hodie beatior, quam cui lic
& ſtultum eſſe, & immunitatibus eorundem fru
Imo niſi id foret in hominibus condimenti, n
mo vel gravioribus rebus immiſceretur, vel gr
vedine ſua tolerari poſſet. Cujus tibi regulæ t
ſtes atque exempla aulas, ſcholas, fora, officina
rura & freta profero. A. Ecquid vero Rempubl
ca

am, vel temetipſum juvâris iſto priuilegio mu-
:itus? B. Valde multum, plus, plurimum: nam
uæ herus non fert, ſacerdos non audet, conſilia-
ius non vult, ſubditus non poteſt, poſteritas nō
electatur dicere, ea ego omnia effutirem & pa-
:m ſub ſalvo conductu meo improbarem. A. De-
ne ſic ineptire: nam huic hæreſi nunquam ha-
ebitur fides. B Oblitusné es optaſſe, non poſſi-
ere? Nonne vero jucundum foret Deum ubi-
ue interponere: ad jus & æquum provocare:
ıbditorum ſudores & ſanguinem oſtentare: ex-
mplorum decora & infamiam opponere: atque
berrimè id quod in ſupremo judicio, præſente
umano genere univerſo, promulgandum eſt,
ı mentem vocare, & obijcere? A. Quem tu
uihi ſapientem ſtultum fingis? B. Neſcisné
uæ Magnates in fatuis ſuis, quam liberas voces
ꝛtant? A. Hæc vero talia ad aures illorum nihil
ıciunt. B. Gratias tamen agamus Eraſmo no-
ꝛo, qui inter reliqua ſua admiranda, hoc etiam
ꝛæſtitit, vt Moria ſua omnem hujus terræ So-
hiam pudefecerit.

66. *NVMMVS.*

O Utinam paupertatem nemo commenda-
ret, niſi pauper! B. In Senecam ſarca-
nus eſt. A Haud ille quidem in mente jam
at, nimis enim domeſtica ſolatia me circum-
nant. B. Atqui in literas nihil juris habere
uperiem ajunt. A. Mentiuntur: nam ego pa-
:m nummo citius emero, quam mille literis.

B. Nonne enim eæ merces ſunt, quas naufra-gium nullum, nullum incendium lædit? A. De mendicitate id optime dicitur, nam quiſquis te tandem caſus obruit, mendicus es, & manes, & ſi literæ adſint, verba habes, quibus tibi & for-tunæ maledicas B. Tum ergo perierint tot pau-pertatis erudita elogia? A. Per me exurantur etiam, nam quid paupertas aliud, niſi omnium ordinum macula. Principes impotentes facit, proceres inhiantes, Theologos deſpectos, juriſ-peritos rapaces, medicos temerarios, philoſo-phos abjectos, literatos pulverulentos, amicos importunos, artifices mendaces, laboratores fures: ecquis hic paupertatis uſus jam? Qui om-nibus benè favent, pauperiem inviſam haben-magnates divitibus ſociantur, Theologi opu-lentis, juriſperiti pecunioſis, medici opimis, phi-loſophi luculentis, literati nummatis, amici fu-gidis, artifices liberalibus, laboratores pinguio-ribus, ecquis hic paupertati locus? Inſuper auro emitur diadema, argento cœlum panditur, num-mus jus cogit, metallum ſanitatem concilia-denarius philoſophum conducit, obulus liter-tum paſcit, amicum moneta conglutinat, artif-ere venalis, & laborator ad tinnitũ exultat; ecqui hic paupertati honos? Denique quis Aulæ inv-ſus? pauper. quis ſacro ordini ſordet? pauper. qu-injuſta patitur? pauper. quis ſine ope langue-pauper quis hic fruſtra ſapit? pauper. quis inte-literas eſurit? pauper. quis amicis moleſtus? pa-per. quis artem apud ſe ſuffocat? pauper. quis ſ-labore interimitur? pauper. & ut agnoſcas pla-

mo-

nonſtrum, memineris nec parentum nec fra-
trum, nec conjunctiſſimorum affectum pauper-
tati bene velle. & quemcunque occupaverit, pro
legitimo, vel abortu arbitrari, ut egere plane
ffendere ſit, indigere eſſe degenerem & ſcele-
tum. B. Quas tu mihi in ſanctiſſimam paupe-
tem injurias coacervas, cui unicum Chriſti
auperrimi exemplum honorificum longe am-
lius eſt, quam vniverſi mundi contemptus poſ-
t eſſe dedecori. Tu vero præter infinitos pauper-
itis uſus, hunc unum jam accipe, quod inopia
ua ſceleſtiſſimo mundo larvam detrahis, atque
alam deprehendis homines ſe inter ipſos nō ſe-
o vel amare vel vivere: ſed ut quiſque eſt nuga-
ientis hiſce abundans vel vacuus, ita affectus
tiam maxime naturales, ad tempus exiguum
ahere, aut perdere. A. Ergo pauperem me eſſe
is? B. Imo in paupertate divitem, qui eo tan-
em libertate tua aſſurges, ut mundo univerſo lu
ens ac facile ſis cariturus.

67. *CONDVCTIO.*

DEus bone, homo homini quantum pręſtat, ſtulto intelligens! B. Vera loque-
s, ſtultus vero an intelligens id tibi expreſſit A.
ultiſſimum quoddam animal, quod vulgus ap-
ellatur. B. Gaudeo literatis aliquando peper-
ſſe. A. Imo & illi pars magna vulgi ſunt. B.
uid ergo vulgus illud tuum commiſit? A.
uod tam temerarie homines ſuſcipit, quibus
nimam, corpus, opes, & quicquid undique

habet, concredit. B. Hic, aut alibi ineptulum unum aut alterum vidiſti, & contra omnes concludis. A. Omnes? nequaquam, & Deus meliora! ſed quamplurimos. B. Atqui nec Eccleſia laborat, nec reſpublica, nec artium officina. A. Quoniam ex conſuetudine paſſim vivimus, & bona ſimul noſtra ac mala ignoramus. B. Itaque exploratorem te dicemus, qui noſtram politiam acuratius introſpexeris. B. Utinam id mihi ingenium foret, ei oculi! nunc palpitanda tantum mihi quædam ſunt. B. Quæ illa. A. Quoſdam animas curare, quos nemo vrbis vigiles vellet; aliquos jus dicere, quibus nullibi lex eſt: non nullos corpus humanum curare, quorum ars canis ſcabiem non pelleret; alicubi juventuti præfici, quibus quotidie ferulæ deberentur vel flagella, idque in magna peritorum & idoneorum abundantia, cum tamen in conducendis opilionibus, ſubulcis, mercenarijs ſimus ad ſuperſtitionem vſque ſcrupuloſiſſimi. B. Quod ſi hæc vera ſunt, neſcio quî Academiæ ſatis bene audiunt: nam & ijs credimus, & ab iis tales aliquos accipimus, & earum teſtimonia admittimus, & quos contulerunt honores, & eruditionis præmia, eos reverenter æſtimamus, poſtremo & liberaliter alimus, ne quid omnino poſſis in nobis accuſare. A. Vt maxime dem tibi fieri Baccalaureos, baculis cædendos, & magiſtros magis truncos, & doctores non doctos, idque cum magna reipublicæ & ſumptuum iniuria, tamen quis vos excuſabit, qui res veſtras omnium precioſiſſimas tam negligenter & credule ſubmittitis,

: Gregorius Nazianzenus de illís extemporane-
mercenariis ait, unius diei ſanctos facitis, ſa-
enteſque jubetis eſſe eos, qui nulla præditi ſunt
pientia, & qui nil ad gradum præterquam vel-
adferunt. B. Agnoſco errorem noſtrum A. At
riora ab eodem de ſuo ordine audi. Purgant
quit, priuſquam purgantur; heri ſacrilegi, ho-
e ſacerdotes; heri ſacrorum expertes, ho-
e in ſacris duces; veteres in malitia, at tenues
pietate.

69 *VTOPIA.*

QVas hic literas lectitas? B. Vah oportu-
ne, laternam tuam velim! A. Quid? ut
eridie literas videas. B. Non: ſed his lite-
s vt ſatisfaciam. A. Inſolitas literas ais. B.
redibile eſt, cum ex fortunatis Inſulis adve-
ant. A. Iamné rediit illa orbi ambula navis?
. Rediit, ac illuc iterum ire cogitat. A Quid
ctura? B. Advectura incolas novæ ibi coloniæ.
. En me quoque ſi fortunatorum in coloniam
educendus ſum. B. Neſcis tu an ex eorum nu-
ero ſis, quos volumus, mihi quidem lucerna
onquirendi creduntur. A. Dic quales velis, ac
e dein examina. B. Volo Sacerdotes qui Chri-
um imitari; volo Legisperitos, qui proximum
ligere; volo Medicos qui modum ſeruare; vo-
Philoſophos, qui ſeipſos noſſe; volo literatos,
ui verum ſcire: volo optimates, qui bonum a-
ere; volo artifices, qui ingenium excolere; vo-
politicos, qui Mundum contemnere; volo fe-

lices, qui carnem domare, volo Evangelicos, qu crucem perferre; volo Chriſtianos, qui futu i inniti voce & exemplo doceant. A. Hoc unic exempli verbo me plane deieciſti: nam adductu rus tibi eram plurimos, quorum oris eſt magn promptitudo, ingenijque ſagacitas, ſed repræ ſentando minus felices ſunt. B. Tu Rhetores i los Athenienſes ais, qui maledicendo omniu maxime ſtrenui, dimicando ignavi fuerunt . Nonné vero mirum eſt vocem & exemplum r ro conjungi, diſunctas frequenter occurrer Nam ſcire & non facere; facereque & non ſci in promptu paſſim eſt; ſcire facereque pro em dum nullibi apparet. B. O infœlix divortium, cui jungendo merito Vtopiani illi inſudant! Quam tu Vtopiam nominas? B. Illam colonia quæ tam raris incolis habitatur. A Tibi ergo co ligendorum partes datæ ſunt? B. Vides, at qu profecerim hæ tibi chartæ dicent, inſpice catal gum. A. Papyri ſatis, at ubi inſcripti? B. Ver folia. A. Nihil apparet. B. Volve, & revolve. Fruſtra ſum. B. Evolue. A. Vah in fine aliq atque ex infima ſorte. B. Sic convenit: nam q ſublimiores, omnes iter denegaiunt. A. Obſ cro te aſcribe & me, ſaltem quia omnibus ſc deo, & video, & ſum inviſus B. At cui claſſi a numerabo. A. Tu videris, modo recipiar. B. N li properare, nec enim nauim hodie aut cras ſo uimus. A. Vah, ſi non alius fiat bonorum co curſus, haud triremi quidem ſed cymbula, aut ſtic in Vtopiam navigabimus.

69. ATH.

69. ATHEISMVS.

A. CONcurrite cives. B. Quis clamitat? A. O cives cives, aquam. B. Adſum ; quo cur-
imus? A. Patria conflagrat. B. Vbi flamma ubi
umus, ubi odor? A. Vah atheiſmus regnat, ecce
lamma : Literæ conſentiunt ecce fumus: Iuven-
us aſſueſit, ecce odor. B. Semper tu tibi ſimilis,
d eſt ineptiens; quis jam convocatos remittet?
A. Papè! quaſi vero ſint qui Patriæ incendio
angantur, ineptule. B. Satius fuiſſet domi ma-
ere, quam increpari. A. At tu jam ſitulam mi-
ii tuam porrige, nec enim quia ignavi alij
unt, & nos ſtupeſcemus. B. Prius tibi caput
nadeſiat, quod vanitate ardet, quis enim cre-
lat in ipſiſſimo Eccleſiæ diverſorio, virtutum
heatro, literarum domicilio, humanitatis ter-
itorio, elegantiarum hortulo, non regnare di-
am, ſed latere poſſe Atheiſmum? A. Quid? ibi
ie, ubi conſuetudo litat, faſtus imperat, nugæ
locent, inſidiæ alunt, infamia commendat? Ibi
ie? ubi Hypocrita orat, Leno format, Fatuus e-
udit, Latro amat, Simia comit? Ibiné? ubi
Biblia adulantur, Juſtinianus ſævit, Ariſtoteles
brius, Timon legislator, & Diogenes archite-
ctus eſt. Ibiné? ubi ſuggeſtum friget, tribunal
ubet, pulpitum ſordet, domus fumigat, fucus
ingit. B. Ænigmata loqueris, & hoc amplius
quç immergendus es, ne plane cum illa tua ficti-
ia patria conflagres. A. O vtinam fictitia illa fo-
et, aut in pariete nebula depicta, quantum enim

pietas, integritas, eruditio, hoſpitalitas, deco-
rumque apud nos remiſerint, non ficte, ſed ſeric
ac ſolide experimur, expertique deploramus.
quis enim ſine lachrymis vel patrum ſaltem no-
ſtrorum ætatem repetat, quæ & Sathanæ, & ſe-
ctariis, & hoſtibus, & magis, & uſurariis, & blaſ-
phemis, & adulteris, & mollibus, & otioſis, &
ſycophantis, & hiſtrionibus, & exoticis fuit for-
midini, dum ſingula hæc nunc apud nos liber:
commercia habent, & palam inquinamenta ſu:
Patriæ invehunt, invehunt inquam & magno
venundant. B Interim nobis emere liberum eſt
A. Quaſi vero tantæ ſit difficultatis iuuentuten
& ſimpliciores corrumpere? quaſi tantulum bo
nos malorum licentia offendere? quaſi inanis ill
regula, Cavendum ne quiſquis peccare poſſit? B
Mirabor niſi æquo citius caneſces. A. Per me li
cet rideas, ego tamen inſanum credam, qui de
lectetur naviculæ rimis, & aquæ lento influxu
cum ſciat ſe paulo poſt cum ea demergendum.

70. VERITAS.

A. VEritatis oratio ſimplex. B. Imò veriù
multiplex, communi contra communen
ſententia. A. Ecquis credat regulam rectam, a
liam quam rectam lineam facere, aut circinun
aliam quam curvam, aut libellam aliam quan
perpendicularem? Idem de veritate iudicium
quæ vera ſemper eſt ac vno modo. B. Hoc po
ſtremum durius dictum eſt; nam quis neſcit eã
dem

ſem veritatem aliter atque aliter pronunciari
poſſe, prout animus fuerit præoccupatus: nam
ſi qui nos vellent pronunciare fatuos, verum id
haud dubie foret, ac ſinguli aliter intelligerent.
A. Vide ſis, an me poſſis aliquoties ſtultum facere,
ac diverſimode. B. Facilime, & male quidem,
ac bene. A. Audiamus. B. Vide ſi Julianus aliquis
te fatuum dicat, qui præſens ob futurum negligas,
admittis hunc titulum, quem Paulus honorificum
eſſe ait, & Deo precioſum: nonne impiè ille, hic piè vera dixit? Jam ſi tumidus aliquis
præſentium inopiã exprobrat, Chriſtianus pauperiem
tuam iactat, vere uterque dixit, & terrenum
fatuum deſcripſit, at diſſimili affectu? Porro
ſi quis lividus ingenii defectus annotet, vir
æquus de nævis modeſte admoneat, iterum bis
fatuus factus es, à diſparibus veridicis. Denique
ſi quis ſcurra turpiter traducat, feſtivus alius ſale
perſtringat, fatuus eris ſub amaro, & ſapido
vero: nec aliud addo, ſatis enim eſt poſſe veritatem
eſſe aliam impiam, qualis Sathanæ, cum peccatoribus
delicta opponit; aliam piam, qualis
Eccleſiæ quoties aberrantes revocat: aliam illicitam,
qualis Momorum, Zoilorum & fanaticorum,
qui erroribus hominum unice delectantur,
aliam humanam, qualis eorum, qui rempublicã
nævorum & inconvenientiarum ſolerter admonent,
aliam tumidam, qualis Ariſtotelica, quæ
cum omnibus ſententiis dimicat, & imperium
affectat, aliam modeſtam, qualis Chriſtianorum,
quibus revelata ſimplici fide cuſtodiuntur, & humili
voce propagantur; aliam mordacem, qua-

 lis

lis Diogenica, cui meræ increpationes, & amariſ ſima verba placent, aliam feſtivam, qualis Socratica, quæ candido ſale paulatim homines flectit & inſcios prope, ac aliud agentes in rem feriam & bonam ducit. A. Equidem tu me iam adduxiſti, ut credam: iam enim ſuccurrit, quàm mult imprudenter, & importune, imo & impudente ac invide vera dicant. B. Sed tu caue credas quid quam tam placidè & circumſpecte improbari poſ ſe, quin homines irritet, atq; eos quos minim his abſurditatibus delactatos crediſſes, Interin oblitus es, te octies fatuum factum, nec unquan refutaſſe. A. Et tu promiſiſti temet ſocium. B Quam bene proſpectum eſt ſtultitiæ, cuius no men nulla lege iniurium reputatur. A. Itaq; mi nus ægre in mea ſocietate eris. B. Libentiſſime nec enim vox ulla verior, quàm nos omnes qui dem ſtultos, eos vero qui minus fatentur, & au riculas ſtudioſe tegunt, eſſe ſtultiſſimos.

71. *DESERTOR.*

A. FAllornê an hic quondam ſtudiorum ſocii fuit? B. Infœlix omen, literator occurri A. Eſt ſane is ipſe, ſed neſcio ſub qua deforn incruſtatione. B. Vah oportune illud animal, forte liceat perſuadere errorum emendationer A. Salve exoptatiſſime, qui ſalute mihi vider indigere quàm maxime. B. Tu precor ſanus ſi & ſalutis capax. A. Quid hoc monſtri eſt, vu tum, habitum, ſermonem, omnia in barbarie tran

tranſmutaſti. B. Tibi fortaſſe ita videtur, mihi non idem, qui neſcio quam nimiò cultior iam ſum. A. Vah! quam verum eſt homines inter bruta bruteſcere, & nobilis animæ aciem inter has vitæ ruſticæ ſordes hebeſcere. B. Nec mirum, cum cotes vos ſoli avare poſſideatis. A. Doleo equidem ſortem tuam, qui honeſte dum inter nos eſſes, habitus es, & elegantiarum literariarum appetens, nunc neſcio quo fato curioſitatis tuæ infames das pœnas. B. Cuius? A. Illius, quod tritas illas & floridas ſcientiarum vias, quibus nos alii tripudiantes in Sapientiæ arcem aſcendimus, ſubinde deſeruiſti, & examinandas potius manuductorum noſtrorum rationes, quam amplectendas temere iudicaſti. Nunc ubi te omnis ſolidæ ſcientiæ firmitudo deſeruit, ad lucos & ſpecus, & ſolitudines confugis, ſive beſtiarum colloquia & converſationem ſectaturus, ſive duro labore omnem humanum ſenſum eiecturus. B. Quæſo te, uti felicitatem veſtram vobis non invidemus, ita liceat nobis ſine iniuria miſeris eſſe. A. Liceat peſſimos quoſque & naturæ abortus tales eſſe, qualem te iam invitus intueor, amicum vero, eumque è meliori luto formatum, & magno ære eruditioni commendatum, inter ſylveſtres ſordes, & ruſticas operas deſerere, nec abigere ſi duci nolit, nefas mihi ſit. B. Quid ſi poſt omnes conatus tuos huc recurram? A. Tum ſcilicet flagris cæſus, ſub literatorum cuſtodia eris. B. Quid ſi & hos effugiam? A. Tum quidē in morodochio cathenis vinctus potius aleris, quā hic beſtiis devorādus

linquaris. B. Id denique poſtremum mihi placet, ſi cathenas relaxes, qui ſancto me tibi iuramento obſtringo, malle cum fatuis, quam ſciolis eſſe. A. Mittamus iocos, tu vero ſerio mihi explica, qui ſunt quos ſciolos appellas? B. Illos, qui cum nulla in re ultra plebem ſapiant, aut opere in republica utili excellant, ob libellos aliquos perlectos, honores ſibi, & victum ex publico immodice deberi iactitant. A. Qui illi libelli? B. Donatus, Catonis moralia, Formula, epitome Dialecticæ, compendium Rhetoricæ, breviarium Phyſicæ, ſynopſis Ethicæ, nucleus Metaphyſicæ, ſummarium Sphæræ, & Catechiſmus minor. A. Nec alii? B. Imo ne hi quidem omnibus omnes: nam plærique in nuce incluſam habent omnem eruditionem. A. Quicquid rideas, non video, quid denegare poſſis homini qui tot artium poſſideat complexum, & latinè in ſuper loquatur; neſcis enim latinæ eruditionis imperium. B. Eruditos nemo vnquam culpabit qui vero eruditos credam qui vel literas nullas ſciunt, vel paucas, vel non multas; de reliquo vero præſtat vnus germanus fortis & prudens, mille ſemi latinis delicatis fatuis.

72. IDIOTA.

A. QVam miſera res eſt neſcire. B. Itaque Socrates omnium miſerrimus qui id unum ſcivit, ſe nihil ſcire. A. Ille vero ignorantiam ſimulabat cum Philoſophorum omnium eſſet ſcientiſſimus. B. Ego contra ſerio & ſuam

& ali

x aliorum ignorantiam agnoviſſe crediderim, qui cum ſcientiam humanam omnem penetraſſet; vidit nondum bene cepiſſe vel ſcire, vel ſapere, cum plærique neſciamus, quid & quantum nobis ſciendum ſit. A. Cave hoc de noſtro ſeculo dicas, quo faſtigia artium, ſcientiarumque omnia attigimus, nec ſupereſt amplius quam Metaphyſicam pueros noſtros, aut ancillas etiam doceamus. B. Non auſim tibi Circuli quadraturam, non machinam perennem, non Chymicum illud Catholicum, non maris æſtuaria, non Lunæ Solisve maculas, non Coſſæ penetralia, non Chronologiæ nodos, non Cabalæ labyrinthos, aut Hermetis tenebras opponere, homini librorum, hominumque penitus ignaro, ſed ad illam ipſam tuam ſcientiam provoco, quã veream ſi auſis cum agricola conferre. A. Bona verba! quippe bis Laureatum memineris. B. Vah, illa ſeptiplex corolla tam ſordide ſive venalis, ſive exorabilis dudum apud veræ eruditionis æſtimatores in riſum & fabulam abijt: quid vero eſt, quo te jactitas? Motus cœleſtis ſcientia? A. Non libuit oculos lædere rebus futilibus. B. Agricola verò, qui tibi Idiota, non ortus, occaſuſque luminarium tantum obſervat, ſed & cum cœlo toto anno laborat. Tu vero Geometriæ incubuiſti? A. Illis lineolis, arcubus, ineptijs? B. Interim decorum eſt ex Idiota quærere, quantum agelli poſſideas, aut caſulam ex alieno arbitrio conſtruere. Sed Arithmetica potius arriſit? A. Scribarum illud, aut inſtitorum inſtrumẽtum? B. Imò totius orbis

myſte-

myſterium, & admirandorum oceanus: tu ver
mavis à victore tuo rationes tibi ſubductas, au
villico. Muſicus autem opinor es? A. Præſtat ali
conducere, qui buccas inflet, mihi ſpiritu aliò o
pus eſt. B Scin, quo velim? videris autem non
dum Muſices ſecretiora eſſe ingreſſus, qu
Deum plane ſpirant. Crediderim ergo Rhetorer
fuiſſe. A. Neſcio quam vena minus fluit, lingu
minus ſoluta eſt. B Nondum pro vita, fama, opi
bus, liberis loqui opus fuit, quod agricolas diſe
tos facit. Cæterum Dialectices laudem nemo ti
bi præripiet. A. Ah quam difficilis nobis hodi
reddita eſt! B. Difficilis vero, quæ & brevis, &
perſpicua, & ſi noſtros quondam cubos intue
ris, plane ratiocinationis medulla. A. Mihi ſæp
& bilem movit, & emovit cerebrum. B Appare
at tu poſthac diſce ab agricolis argumentari, v
ſi placet mulierculis; niſi præfers Grammatican
A. Ea pueris debetur, mihi latine loqui ſatis eſt.
Et agricolis germanice ſatis. A. Quid ſi nova
Academiam erigeres ex meris agricolis? B. Qu
mirum, cum jam omnium artium ignorantia
faſſus, agricolis ceſſeris, ſed ea jam dudum à D
erecta fundataque eſt hoc inſigni privilegio,
quod vos appareatis nec eſtis, ili ſint nec app
reant.

73. VENEFICAE.

A. NVnquam ſane hoc miſerabile ſpecta-
dum animo excidet, Eheu humanam c-
liginem, humanum dedecus! B. Ecquando

ne

ıon lamentantem repererő? A. Quando non erit
ȷuod lugeam, quis enim ſine lachrymis intuea-
:ur, vivum & vociferantem hominem ardere, &
ɔinguedine ſua flammam inter tormentorum
'enſum alere. B. Vah, illius Veneficæ te miſeret,
nille mortes meritæ! A. Id tu, & carnifices tui
rideritis, quibus tantulum eſt in re incerta, ac te-
ıebroſiſſima ſævire. B. Incerta ais, quæ confeſſa
ɔlane ſunt, abnegationem Dei frugum perniciē,
hominum ſtragem, nocturnas choreas, abomi-
nādam libidinem, ſive ut vno verbo complectar
contra Divina humanaque conſpirationem? A.
Audio quæ dicas, ac ſi opus foret, centum alias
Sathanæ impoſturas facile addidero, neque et-
iam certus ſum quid de his præſtigijs dicendum,
ſentiendumve ſit, præſertim cum neutrubique
doctores ſatisfaciant; interim id durum nimis
eſt, nos verbis, vos igne & forcipibus diſputare,
idque Chriſtianos, quibus quondam à lenitate
inter barbaros infamia, à ſecuritate ſub Deo a-
pud eoſdem fuit admiratio. Nec enim major
Sathan fit veneficarum conſenſu, quem Chri-
ſtianus per Chriſtum merito deſpicit: nec minor
redditur ſupplicijs miſerrimarum mulieicula-
rum, quem arma nulla carnalia, nedum ligna,
aut forcipes depugnent, Chriſtus vero ſuos ſem-
per tueatur, & in clibano ardente, nedum inter
veneficas ſervare poſſit. B. Nihil eſt quod
contra me concludas: nam nec Chriſto diffidi-
mus, nec Sathanam expugnare contendimus,
ſed ſuppliciorum ſeveritate reliquos arcemus,
&

& facilime ab his inquinamentis qui nondun hac labe infecti, procul purgamus. A. Atqu neutrum fit, cum longe alij ſint Diaboli meatus & oſtia, quam quæ vos obſtruitis: libido, rapina blaſphemia, curioſitas, otium, crapula, ambitio ira, quæ omnia ſi non laudabilia apud vos ſunt ſane venalia, & tolerabilia quotidie animad uertuntur; quibus ceu patentibus portis Sathai ingreditur, & exinde columnas nactus regnun ſuum ſtabilit atque diffundit; adeo ut facilimun ſit porro imbecillem ſexum ad deteriores ſive er rores, ſive faſcinationes, ſive nequitias perduce re, Iam ſi quis vos in alia Sathanæ inquinament propitios conniuere, & conuerſatione prope cō ſentire, in alia opera ejus, ſive fortaſſe ludibria inepculi alicujus arbitrio & carthaceo non ſati relecto conſilio, tanta immanitate animadverte re conſpiciat, nonne admirabitur priſcam Ec cleſiam precibus potius, & vitæ innocenti quam rogis Sathanam profligaſſe? nonne illu Chriſti, quo pili unius caſum, aut paſſerculi ne cem patris arbitrio dirigi, quanta noſtri conſo latione! ſpondet, ad vos nihil pertinere pronun ciabit? B. O utinam omnes Veneficæ con flagrent! A. O utinam omnis apud nos im pietas conflagret! quod tamen nō fiet, niſi cur uniuerſo mundo, unis illæſis Chriſtianis.

74. GRADVS.

. SAlue Domine Magiſter. B Bona verba. A. Ignoſce ſi quis ſublimior tibi gradus con- git;ego magiſtrum fuiſſe memini. B. Imo in- riam mihi factam exprobras. A. Injuriam :ro ? B. Quid ni ? Cum ego ſtultus emerem uod non erat, & nihil erat,& nuſpiam erat. A: lonſtra loqueris. B. Et inſtitores mihi ven- erent, quod non poterant,non habebant, non olebant. A. Helleborum emendum fuiſſet. B. Iallem emiſſem quam illum fumum. A. Dic quid abſurdi tibi accidit. B Hoc bene dicis. Iam ego perſuaderi mihi paſſus ſum ſcire quod eſcivi, & eſſe quod non fui, nec ero, & gaude- :, ac gratulationes admittere in re nihili. A. cilicet in fame ſaturitatem jactare, ac ſymbo- ım ſolvere. B. Et illud appoſite: nec enim nihi minimo ea perſuaſio conſtitit: Nam cum :iginta circiter florenos expenderem, didici fa- ilius eſſe me doctum ac artium peritum pronũ- iare, atque ſalutari, quam tale quid, aut titulo em condignam ſive conferre, ſive exhibere: Et- nim ut ſurdo audi , aut cœco ecce, aut muto ic,aut claudo veni,dicere ridiculum eſt, ita aſi- ıum magiſtrum pronunciare neſcio quam te- nerarium videri poſſet, niſi lucroſum foret. A. Quid mirum inter tot eruditos, quos Trojanus lle equus producit,ignavũ te vnum, aut aliquẽ :tiam alterum ſubrepſiſſe,ubi cultura aberrarit,

aut

aut duritiem non fregerit? B. Cave publicum tib teſtimonium opponam, quam inter ignorante eminuerim. A. Ha ha he, crediderim. B. Compe titores dicendum erat, at me veritas aliter coëgi Nonne vero ridiculum erat dare eas artes docen di licentiam, quas neſciremus, & pileatos facere ubi nullum eſt pileorum amplius diſcrimen, & annulis liberare, qui inſcitiæ relinqueremur, & proclamare jubere quod alios ac forte promoto res ipſos conſcripſiſſe conſtabat, & clara die can delis circumduci, ne quis de noſtra cæcitate du bitare poſſet, tum tuba innoteſcere, ut apparea cuncta hæc vulgi ſtupori & credulitati inniti. A Quid tu tum, ac ſocij fabulæ. B. Aliqui exulta vimus, aliqui hæſitavimus, aliqui riſimus, aliqu indignati ſumus hanc renato Evangelio, & ſtu dijs liberaliter habitis impudentiam poſſe & au dere proſtare: & quid tandem non ſaperemus c tot nobiſcum deſiperent A Confide, nam ſi qu dudum errata ſunt, ea hodie corriguntur B San ut hodie graduum vilitas eſt, Magiſter, vel ſedu cti, vel ſeductoris nomen fieri incipit, itaq; ho exorandi nobis ſunt graduum inſtitores ut v minoris nobis vendant ignorantiam, vel major certam, indubiam, ſolidamq; ſcientiam.

75. *MONASTERIA.*

A. SIſte quæſo gradum venator. B. Quid vi A. Quod tu forte ſciveris, videris enim n va ferre. B. Nihil equidem, niſi illud conſuetu nummorum penuriam. A Atqui nihil eſt quo f

li⁹ careremus, ſi ſaperem⁹. B Quid, nonne nervus rerum omnium pecunia eſt? A. Ea vero ſuffieret, niſi omnino enervaremus; quid enim opus ſt accuſare inopiam, cum & præſentes nummos rodigam⁹, & majora virib. opibuſq; ſuſcipiam⁹. ed tu quo properas. B. Ad Cœnobitas meos. A. Nõne hoc monaſteriũ dudũ vacuum eſt. B. Monachis quidẽ, at nõ canib. quos ibi alimus. A. Nõ ecebat. B. Eho, an tu velles reductos dormiliones illos, ventris & inguinis mancipia, an Miſſam heatricam. A. Atqui cum pelleretis illos, anne ixiſtis locum eſſe faciendum canibus, venatioi, aucupio? An vero Dei devotiorib cultoribus, juventutis inſtitutioni, pauperum ſubſidio? B. Illis omnib. abunde proſpectum eſt, nunc ꝙ reliquum, in delectamẽta merito inſumitur. A Credis ne vero illos quondam religioſiſſimos monaſteriorum fundatores, vel fautores & ditatores etiam unquam voluiſſe aliquid in ludicra, aut ulicum luxum, tum heluonum crapulam devorere? B Vah, tu unus neſcis ſimplicib. eſſe impoſitum, & id jure a magnatib. repoſci, ꝙ ſubditis eſt per fraudem ereptum? A. Liceat ſane repoſcere. ed quid inde ad ſubditos redit, aut ſimplicium llorum ſucceſſores, niſi quod æque in alienã manum venit, aliena prodigalitate perit, aliorum nanib. patria plane effertur, ipſi interim devotoum poſteri egent, pauperes monaſtica Eleemoyna carent, juventus plane circa illa rudera & ſoitudines ignoratur: deniq; hoc Deo, vel ſane regioni ſacrũ vinum, frumentum, cẽſus, aut quicquid

quid devotorum redituum eſt, minus ſacre, a
devote abſumitur : unde duo ſequi neceſſe eſ
Dei iram, & ſubditorum pauperiem, præter illa
adverſariorum exprobrationem, quæ verbis p
tius ac reciproca luxus accuſatione à nobis el
ditur, quam ſacra & religioſa rei ſacratiſſimæ a
miniſtratione refutatur. B. Dum religioſi noſt
non egeant, religioni & literis nihil deſit, me
dici ſua diverticula habeant, quid opus eſt in
liena inquirere? A. Atqui plura ſunt, ubi Ch
ſtus & Eccleſia eget, quibus id debebatur, qu
tu canibus objicis, alibi juvencis, alibi porcis,
libi Volupiæ, Stimulæ, Ruminæ, Edulicæ, Pot
næ, Mellonæ litatoribus & conſecratis ad int
ſtinorum aras infarcitur, atque ingurgitatur.
Ego non docebo Evangelicos quas Pontifici
rationes debeant. A. Id equidem aliqui Pſeud
evangelici reſpondere poſſent, quod Papæ cu
dam adſcribitur, multum nobis profuit Evang
lij fabula.

76. *STVDIOSVS.*

A. SIccine tu unus otiaris, nos laboramus?
Nempe feriæ meæ ſunt. A. Eho, an ali
tibi feriæ ſunt quam perpetuę, nec enim unqua
laboris veſtigia video? B. Intus ſub cranio labor
tur, & cerebri hujus defatigatio fit, cui jam ſole
nis vacatio conceſſa. A. Quid cerebro fabric
haud quidem liquet, neſcio tamen quam tibi
ſive gula ad frequentes compotationes vacet.
Id garrire ſoletis inurbani, neſcij literarũ pret
cu

ım nummulis aliquot conferre. A. Quid num-
ulos ais, cum literæ illæ tuæ integras æris ſar-
nas deuorent B. Meæ ais? quibus in Academia
niverſa nihil eſt parcius aut ſordidius etiam. A.
otésne ferre, ut illas tuas ſordes ſubducā? B. Li-
enter, ut frugalitas mea & tibi & alijs conſtet.
. Age ergo, recita quæ inſumas. B. Bene, pro cō-
ctu annuo nota 78 fl. ſeſquiflorenum puta heb-
omatim. A. Feci. B. Extra vero ad 52. fl.
ccurrunt, pro ſeptimana ſcilicet florenus. A.
uid hoc verbi eſt? B. Si quid præter demen-
m vel honoris, vel convivarum, vel ſitis etiam,
ıt inuiſentium cauſa inſumitur. A. Notavi ta-
ıen. B. Nunc in veſtitum quid minus inſu-
ıam 40. fl. ac præterea Sartori 6. fl. Sutori 6. fl.
ıbo. A. Heu nobis, ſi hæc minima viden-
ır! ſed perge. B. Pro libris vero, & biblio-
ægo nonne 30. fl. permittes, ſi papyrum, cala-
os, atramentum annumerem? A. Quando ita
ogis. B. Honoraria Præceptoribus, hoſpi-
bus, beneuolis, amicis debita 12. fl. ſunto. A.
peciosi an inſidioſi tituli. B. Reliqua quæ in ex-
citia, eleemoſynas, muſicam, amores, aut mi-
ıta alia expenduntur. 20. fl. circiter faciant. A.
emper novæ exactiones. B. Vah lotricis, &
nſoris, & pedelli oblitus pene eram, ſed tu 6. fl.
cribe. A. Cave plures mihi creditores numeres.
. Collige prius ſummam. A. Sunt bis centum
uinquaginta floreni. B. Hui tam parum. A. Ah
mium, nimium, ſi ſcias quanto labore, ſudore,
giliis, imo fame, ſiti, algoreque tuis conſtent!
Atqui ego affirmare tibi auſim non octingen-
tos,

gentos, non mille fl. multis Iuvenib. vno anno ſufficere. A. Ego verò ſcio multos Eccleſiæ, & Reipublicæ egregios adminiſtros ſeſquicentum aut ducentis florenis cum familia & liberis honeſte vivere, atq; acquieſcere; ſed quot tandem annis illæ ſumptuoſæ artes emuntur? B Non minus ſex. A Itaque mille quingentis florenis opus habes. B Siquidem properem, ac ſemper ſordeam. A Vah properare, vah ſordere! B. At ego nondum tibi indicavi quid in gradus debeatur. A. Nec ego tibi indicavi, quam tarde & miſere 1500. fl. colligantur B. Nec ego tibi indicavi quanti artium literarumque theſaurus veneat. A Nec ego tibi indicavi quam inertes, & illiteratos vos ſubinde accipiamus. B. Cave iſtuc verbi academicus aliquis exaudiat. A. At ego velim id omnes ſcire ac credere quotquot filios in Academia alunt tui ſimiles Nam ut tuos ego profectus agnoſco, reipublicæ intereſt tanti non emere veſtras commeſſationes, divagationes, introitus, exit9, veſtes, faſcias, nugas, & poſt illam ſexennalem prodigalitatem aſinum cum bireto & collobio.

77. *VIRIDITAS.*

A. QVoties ego te hic obambulantem deprehendo, ac tum terra neſcio quid muſſitantem? B. Vah! nihil eſt quod æque delectet A. Ecquid vero tibi reſpondent hæ herbæ, frutices, arbores? B. Multa ſane, atque egregia: hoc enim Dei alphabetum eſt, cujus picturam quiſquis agnoſcit, nunquam legendo ſatiatur. A

Ai

i ergo alij tibi oculi ſunt, quam mihi? B. Non
bito, alioquin jam dudum te totum poſſide-
hujus ingentis libri elegantiſſima contem-
atio. A. Non capio illam tuam inſolitam lite-
uram. B. Vide mihi hic quatuor genera
nper viridantia, laurum, oleam, buxum, pal-
m. A. Quid tum, vireant, per me licet. B. Hem
cus, ſi nihil aliud, ſaltem delectabit. A. Age, de-
tat. B. Et viroris illius admiratio ſubit. A.
ror. B. Et cauſæ curioſitas ſtimulat. A.
mulor. B. Dicam quid Phyſicis videatur;
urum calidiſſimæ complexionis eſſe, & frigus
nne excludere, inde virere: Oleam ſucci plenā
dices ſemper irrigare, indeque ramos ſemper
ſdem nutrire: Buxum ſpiſſum, quam ſemel
ſſedit viriditatis vim, nunquam dimittere:
lmam vero temperatiſſimæ eſſe naturæ, quæ
ri humore folia progeneret & ſervet. A. Au-
o, & credo: ſed quis mihi inde uſus, aut quod
habetum divinum monſtras? B. Itane pla-
ſtipes es, ut Laurus te impiorum proſperita-
Pſ.37 Buxus Divinæ benignitatis Eſ 41 & 60.
lea cœleſtis tutelæ, Pſalm. 52 Palma juſti deco-
Pſal. 92. non admoneat, vel ſane ad illam viri
ni perennem & immobilem viriditatem ex-
tet? quid enim homo in his terris elegantius
t ſublimius diſcere poteſt, quam ut inter
t humanos inſultus invictus, inter tot viciſſi-
dines immutabilis, inter tot concuſſiones im-
obilis, aut ut propius ad hæc accedam, inter
ē ultimæ ætatis frigora & nives ſemper viri-
s appareat? A. Et id quidem buxus, aut

olea

olea docebit? B. Vtique nam ut Lauri bona con-
plexio te optimæ rationis commonefacit, ita o-
leæ ſuccus iuſtam liberalitatem ſuadet, Buxi ſpi-
ſitudo fortem conſtantiam commendat, & Pal-
mæ æquabilitas temperantiæ mixturam ſuppe-
ditat, quæ ſane virtutum qnadriga, nunquam n-
ad beatæ & ſemper viridis tranquillitatis ſtabil-
mentum evehet. A. Quis credat id ſibi velle lau-
rum tuum, aut palmam, niſi tecum divinetur?
Sane & alia multa: nam quo attentius creatura-
ſignaturas intuemur, eò profundius Divinæ Sa-
pientiæ immergimur. A O te beatum cui duple-
rerum delectatio, terrena una, altera cœlica!
Potius multiplex; ſed dum tu rides & rudis, ap-
paret nõ aliud quam brutum eſſe, quod floribu-
pictoque gramini immiſſum, nec oculis, nec na-
ribus voluptatem capit, ſed alia quidem conc-
cat, alia depaſcit.

78. EMENDATIO TEMPORIS.

A. EMendemus in melius. B. Quid canti-
las? A. Quid tu inſidiaris? ego hic me-
eram. B. Anne cum viro bono? A. Cred-
quis enim hæc negare improbus auſit? Mihi v-
ro haud fruſtra illa cantio in mentem venit.
An emendabas tui aliquid? A. Non ædep-
mei tantum, ſed quodquod tempus irregularit-
effluit. B. Quid Phœnix ille Scaliger, nih-
temporis emendatione iuvat? A. Parum hu-
eſt. B. Suslega igitur quadriennium addat, a
ing

i;genioſiſſimus Kepplerus quinquennium. *A.* los volo calculos *B.* Anne Calculatorem ipſũ ſiſſet, poſteritatis gorgonium nodum? *A.* Ni- illi mecum. *B.* Vis ne Brocardus tibi ſeculum ſtauret, aut Eo ſacrum imperium denunciet? Supra me ſunt. *B.* Anne verò inſtitutionis li- tariæ emendationem expectas, qualem Hutte- promiſit, Ratichius exhibuit. *A.* Ne id qui- n hîc juvat. *B.* Quid Vietæ admirabilis alge- ., aut Neperi Logarithmi mirifici, anne pro- ida tua eruent? *A.* Plus obnubilant. *B* Fortè panicam Monarchiam ſperas, quam Ieſuitæ oniant? *A.* Vltra Danielis quaternarium eſt. Non auſim tibi Iudæorũ expectationem obij- e. quorũ Meſſiæ omnia emendanda ſervãtur: : Fraternitatis noſtræ mirificæ prægrandes fa- as, quibus orbẽ reſtaurare inſulſiſſimè mini- ır. *A.* Apage, res mea tanto apparatu haud iget. *B.* Cuius tandem temporis emendatio- n deſideras? *A.* Dicam, ſed cum bona tua ve- ſi forte quondam his laqueis fuiſti diſtrictus. ccipe veniam. *A.* Primum id temporis emẽ- um velim, quod in literulas, vocabula, diſtin- nes, virgulas, clauſulas, & id genus ineptias d rarò à crepundijs ad lippitudinem uſq; ac rium inſumitur: dein quicquid Chymicorũ s coquendo, recoquendoque, ſufflando, ac lo poſt mentiendo, mendicandoque miſerè iburit: poſtea quicquid aulica expectatione, citatione, meritis, ſervitijs, ſimulatione, diſſi- latione, perit, & aureis ſomniis prodigitur: iq; quicquid futuri indagationi, divinatio-

nibus prognoſticis,genituris,cabalæ,ſigillis nu
meris myſticis anxiè tribuitur, quibus ego red
ditos annos velim peſſimè hactenus tranſmiſ
ſos,at pœnitentia poſthac, pudore & ſeriis labo
ribus tranſigendos. *B.* Nihil te perennis mobi
lis fabricatorum miſeret? *A.* Neſcio quàm co
natus ille diſplicere mihi non poteſt,ſi vanitas
temeritas(artificibus valde propriæ) abſint,at e
go ſi tales omnes emendatos velim, quantu
fiet catalogus? *B.* Saltem Mulieres non omitten
dæ erant, quibus tempus omne corporis cult
interit. *A.* Potiùs univerſum genus humanu
deploremus,quod in tanta temporis penuria,
vitæ brevitate, plæraque dat fabulis, nugis, v
nitati, minimum ſibi, nihil prope Deo.

79. *NOVA REPERTA.*

A. O Seculum eruditum! *B* O ſeculum impi
A O ſeculum ingenioſum! *B.* O ſeculu
vanum! *A.* Culpare deſine. *B.* Laudare ca
A. Cogit veritas. *B.* Prohibet pietas *A.* Ar
proſtant. *B.* Peccata clamant. *A*t Ingenia affl
gunt. *B.* Religio deprimitur. *A.* Evangeliu
viget. *B.* Chriſtus expellitur. *A.* Politia flor
B. Boni gemunt. *A.* Deſine, & ad æquam ſec
lorum comparationem mecum deſcēde. *B.* Q
evidentius huius noſtri infœlicitas appareat?
Anne tibi nominabo, quæ huius ſeculi egre
reperta ſint? *B.* Vt lubet. *A.* Non novum
bem nominabo, magna veterum infamia in
gnitu

gitum, indeque auctam medicinam, reformatam aſtronomiam, animalium & terræ naſcentium numerum amplificatum, nec Alchimię veteris ſubtilitatem, in Naturæ examen & anatomiam natam: pixidem tantùm nauticam, unicam Maritimæ itineris indicem; typographiam literarum matrem & nutriciam, bombardas orbis ſubiugatrices, Iovis æmulas, horologia temporis comites, cœlique repræſentationes; Conſpicilia ſtellarum & remotiſſimarum rerum proditores; moletrinas magni laboris compendia: texta ſerica elegantiæ plena; præter numerorum utilitates, & quotidiana alia vitæ commoda atque ſubſidia. *B.* Vtinam vero ea omnia non infinita nobis mala intuliſſent, non ſtrages hominum undique edidiſſent! Novus orbis etiamnum ſanguine innocuo madet; Chymia paucis propitia, multis capitalis eſt, mare & mala tranſmittit, & humana corpora magno numero decoquit; literæ univerſum orbem obtenebrant, confundunt, diſtrahunt; bombardæ infernales ſunt, & in perniciem humanam deſtinatæ: horologia cum temporis admonere debebant, cunctantes nos ſiſtunt: conſpicilia neſcio quos novos ſtellarum incolas minitantur; machinæ homines laboris ſocios depoſcunt; bombyces plane erubeſcēdæ vanitati ſerviunt; de aliarum rerū vilitate quid attinet dicere? ſcilicet hæc cūctos nos ne tantillo quidē beatiores fecerunt, aut Deo propinquiores, niſi credis etiā Deum ipſum noſtris ineptiis delectari. *A.* Nobis ſecula conſulenda ſunt, nō Dei de his iudiciū inquirendū.
 B. Nolī

B. Noli hæc cum antiquis operibus, ſtructuris machinis, militia conferre, quorum veſtigia (ruinas jam obſtupeſcimus, nunquam imitabi mur, Lipſij ſententiâ. A. At nobis renata ac pro pe reperta Religio inſtar omnium eſto B. Hc novæ inventioni deeſt, quod cum infiniti relig onem profiteamur, pauci eam obſervemus, ai diamus, exprimamus: unde metuendum, ne d patres noſtros Evangelium reperiſſe gloriamu Paganiſmus nobis irrepat, & ad poſteros noſtr tranſmittamus, ut eſt in prouerbio, pro theſau carbones.

80. PERSPICILIA.

A. HEm ſpeculatorem. B. Imò proditorem volueris. B. Quid ſuperna ſcrutaris, cu inferiora neſcias. B. Certè quia inferiora diſp cent, ſuperiora conſulo. A. Si quidem per tub lum proſpicere, conſulere eſt. B. Neſcis nem quid Galilæus de Galilæis nobis aperuerit cu aſtricolis commercii. A. Gratulor poſtquam culis illuc itis atque reditis. B. Atqui huic vi olim poſteritas tantùm non aram ſacrabit, ta ingenii munimentum, qui uno proportionu inſtrumēto, univerſam penè geometriam co pendioſiſſimè exhibuit. A. Nimium tu his h minibus propitius es. B. Quia illi ſoli inger uti videntur, reliqui aut abuti, aut non uti: tamen horum unus neſcio an incogitanter, intemperanter magis me impetiit, quid verò hic impedis? A Haudquaquā, oratū tantùm ni, ut quod habeo nuncii, ad Lunaticos oc

def-

eſerres, vel illis paulo ſuperiores Mercuriales. Quid illud eſt? *A.* Prius ex te id ſciam, qua ngua utaris internuncia, Apolloniine, an Gymnoſophiſtarum, an Brachmannum, an Trithemii Steganographia, an denique per nutus & ſina cum illis ſublimioribus colloquaris. *B* Quid irum per hieroglyphica nos confabulari. cum ; olim Ægyptus tot ſeculis acquieverit, hodie hinenſes hiſtorias ex funibus contortas expliverint? Sed inter illa ludicra tua, ſcin' quid in una per hanc meam cannam inquiram? *A.* Tu xeris *B* Hoc ſcilicet: An & ibi etiam imperent rvi, doceant diſcipuli, egeant divites, militent iulieres, ſapiant ſtulti, alantur otioſi, ſileant ſoni, ſordeant ſacri, conſulant pueri, pariant viri, idicent cœci, litigent fratres, emineant ſcurræ, ipulent ſenes, eſuriant operarii: habes quid elim. *A.* Satis eſt: nam præſentem noſtrum ſtaim ad vivum tetigiſti. *B.* Nonne ſi alæ forent hoc terreno globo avolaremus ad aliquem mplicioris materiæ? nunc verò dum compees ſunt, viſu, & mente expatiabimur. *A.* Itane ravis tibi terra eſt? *B.* Quid ni ſit, ubi lex receſt à ſacerdotibus, diſciplina à ſcholaribus, juſtia à principibus, defenſio à militibus, conſilium ſenibus, timor à juvenibus, patientia à paupebus, pietas à divitibus, bonitas à civibus, veritas mercatoribus, religio à clericis, deuotio à reliioſis, humilitas à nobilibus, fides à populo, chatas à mundo, amor à parentibus, obedientia à iliis, cuſtodia à prælatis, reverentia à ſubditis, quitas à judicibus, legalitas à conſulibus, con-

cordia à fratribus,familiaritas à ſororibus, fid litas ab operarijs,manſuetudo à potentibus, ſc entia à doctoribus, modeſtia à coniugibus, p dicitia à virginibus,integritas à iuvenibus,fid cia à cunctis, quidni Chriſtus ſit alienus ab mnibus?

81. FORTIFICATIO.

A. Licétne has introſpicere chartas? *B.* Nem ni,niſi amico ſecretiſſimo. *A* Lapideo iam,ſi volueris; nam tua ſecreta ne fidiculæ m hi extorquebunt. *B.* Audenter loqueris; ſed e ce,tuæ fidei id tributum eſto,& cognitæ ſince tati. *A.* Atqui ego nihil video,niſi lineas. *B* N harum delineationum peritus es? *A.* Nihil p ne,itaque recipe hæc tua myſteria. *B* Informa dus es, vides hîc ichnographiam alicuius ſtr cturæ,dein ſciographiam, denique orthograp am. *A.* Video,ſed oculis minus graphicis. *B* N ne verò apparet caſtrum eſſe munitiſſimum? aggeres,en foſſas, en vallum, en anteriſma, pl teos,loricas *A* Satis eſt. *B.* Nunc dijudican ſunt hæc ſchemata Architectis, ubi ubi ſunt, i genioſiſſimis,Italis, Belgis, Gallis, Germanis. Prius dicendum erat quis primus delineator, potius, quis principum exſtructurus ſit. *B.* It rum fidem tuam compello, res enim planè ſ creta eſt. *A* Et fidere & diffidere nimium viti ſum eſt eloquere. *B.* Hypocriſis hoc ſibi prop gnaculum meditatur,ubi tuto lateat,& homin bus velut Abyſſini Imperatores tecta imper

A. Mi

l. Mira loqueris, quaſi vero non operculorum
ı ſatis & pigmentorum habeat, niſi & caſtro ſe
cludat. *B.* Monita eſt à fidelibus hominibus,
ſſe, qui, neſcio quid ſuboleant, ac omnino ma-
velint, itaque ſecuro aliquo diverticulo opus
ſſe. *A.* Qui illi fideles? *B.* Vah, quid rogitas, illi
ui imperiorum arcana profitentur quibus po-
ello frenum inijcitur, & palea obijcitur, illi qui
œli commercium effingunt, quo plebs proijci-
ır, reverentia illicitur, illi qui literarum præſti-
as ludunt, quibus vulgus pellicitur, vanitati
ıbijcitur. *A.* Apparet te ſecretarium aliquem
ſe, adeo obſcure loqueris. *B.* Tu vero mihi Ar-
ıitectum aliquem nomina celebriorem, quem
onſulam. *A.* Vitruuium, Marlianum, Fronti-
um, Serlium, Specklinum. Lorinum, Petretū,
tevinum, Flammandum, Schikardum, Brame-
ım? *B.* Neminem horum non abhorret Hypo-
riſis? *A.* Tyberium Cæſarem conſule, aut Cæ-
rem Borgiam, aut Ferdinandum Arragonium.
. Non licet magnates accedere. *A.* Gaude, nam
ı mentem mihi venit, qui inſtar omnium eſſe
oſſit; ſed tu aurē admove *B* Satis eſt: nūc minus
œnitet revelata hypocritica ſacra. *A.* At tu me-
ıineris nihil difficilius extrui, quam dolis, fu-
is, nugis, fumis, jocis, furtis, rebus Deo homini-
usque tantopere inviſis; nihil diſſolvi & con-
agrare facilius.

A. VÆ mihi mater mea, quare genuiſti me, v rum diſcordiæ in univerſa terra? nec fo neravi, nec fœneravit mihi quiſquam, & tame omnes maledicunt mihi. *B.* Quis hic lament tur? *A.* Ego ille tuus quem ſcis undique afflig *B.* Hem! nondumne commoviſti patronos tuo ut famæ & innocentiæ patrocinium ſuſcipian *A.* Imò indureſcunt amplius. *B.* Idque in re liqu diſſima. *A* Non licet innocentē defendere cu formidabilis eſt offendendus. *B* Atqui tui illi ſ lent judices monere ne perſonam vllam reſpic ant. *A.* Neſcis tu aliquos Sathanæ ſacrificar non ut proſit, ſed ne noceat? *B.* Apparet & h fieri: nam quem revera oderunt, eum blande ſ lutant, & amicum volunt; ſed quæ ſpes ſupere *A.* Patientia, quam mors fortaſſe finiet: quid nim vivam animo triſtis, corpore æger, bon nudus, fama læſus, amicis inviſus? *B.* Si Iudæi n patiuntur inter ipſos eſſe derelictos, quanto m gis convenit ut qui jactant Evangelium fratru miſeriam mutua benignitate ſublevent, præſe tim cum Evangelium meram charitatem præd cet. *A.* Nec Turcis ea durities eſt, quæ mult Chriſtianorum. *B.* Saltem Evangelicos non de cebat, quibus reformationis, & verbi Dei gl riatio. Poſtquam enim iugum humanarum cō ſtitutionum excuſſerunt, ſubmittendæ erar cervices ſuavi jugo Domini, nunc conſtitutio nes humanæ, conſtitutionibus humanis, im parum humanis commutantur, titulis mod muta

ıutatus eſt, & verbum Dei vocantur, cæterum
:s nihilo mitior, ut exilium ſæpe præſtet huic
bertati. *A.* Exemplum vides. *B.* Idola eiecta
ınt, nunc vitiorum idola coluntur: Papæ pri-
ıatus negatur: & Papellos erigimus: Epiſcopi
ıminuti ſunt, at nunc Cyclopes ſuo arbitrio
ccleſiæ miniſtros vel leviter, vel leves etiam,
ɔnducunt, eoſdemque mox niſi undique con-
ntiant, diſſimulentve, turpiter eijciunt: Simo-
ıa male audit, quis vero ære gravem manum
odit repudiat? Monachis otium exprobraba-
ır, quaſi nunc in Academiis nimiùm labore-
ır: monaſteria reformata ſunt, ut iam planè
acent, aut pecudes ſaginent: preces ſolennes
ɔrogatæ ſunt, iam plurimi prorſus nihil orant:
junia ſublata ſunt, nunc pro inutili voce plane
hriſti præceptum habetur: ne quid iam de
laſphemis, adulteris, & uſurariis dicam, triga
uſquam tolerabili, at inter nos hodie non in-
equente. Sed cum ſacra hodie prophanis com-
ıiſceantur, & religionis arbitrium ſæpe ab ho-
ıinib. non religioſis dependeat, oportet omni-
o extenuari peccata, contrahi clavium legiti-
ıam poteſtatem, ſolvi humanam reverentiam,
: ſerviles fieri, ac obnoxios, quibus verbi Dei
bertas eſt concredita, itaque ut quiſq; eſt con-
uctus, ita præſcriptis legibus anxiè ſervit tan-
ìm ne eſuriat, vel ſi mutire auſit anathema-
:, aut inſulſiſſima declamatione percutiatur.
A. Eheu quid iuvat poſuiſſe cucullam, ſi manet
btrectandi morbus, ſi invidentia, ſi impuden-
ia, ſi philautia, ſi fucus & ſimulatio, ſi otium, ſi

cibus alienus, ſi potacitas, & oberrandi libido, ſi rerum alienarum curioſitas, ſi vindictæ cupiditas, ſi animus ad iracundiam præceps, & pectus erga miſerrimos afflictiſſimosque immiſericors.

83. *ASINVS.*

A. BEne veneritis frater Anshelme. *B.* Et vobis bene ſit Domine Aſine. *A.* Vah! proditus ſum. *B.* Itáne unum te credis ioco-ſeria legere? *A.* Hoc ſaltem mihi debebatur, ne quis Aſinis plus ſciret. *B.* Parce Agrippæ, qui Aſini encomium ſcripſit, ſi Apuleius tibi nullus eſt, aut Ægyptiorum Ochus: imò parce illi qui ruditu ſuo ſe prodidit, & rem literariam propè perdidit. *A.* Extra iocum, nonne miſeret humanæ ſortis, quæ ſub Anshelmi patrocinio toties Aſini rationibus ſuccubuit? *B.* Atqui M Montanus fortius adhuc, & elegantius pro beſtiis contra homines depugnat, nec perſuadet aut vincit. *A.* Quid est ergo quo emineamus, ſi rationis noſtræ, & eius quod iactamus in nobis divini, vel hebetudinem, vel ſervitium, vel abuſum, vel ignorantiam, vel malitiam vel commixtionem fateamur? nec enim Africa unquam tale Monſtrum genuit, qualia humanum cerebrum quotidie ſolet. *B.* Chriſtus Theantropus omnem cum brutis comparationem ſuſtulit, poſtquam ne Angeli quidem ſpeciem, ſed humanam carnem, ineffabi-

huma

umanæ gentis æſtimatione aſſumpſit. *A.* Hoc
ane eſt, quod optimos quoſque ſuſtinet, & hu-
nanæ ſortis onera perferre iubet, quo abſque
ſſet, miſerrimi creaturarum, & inter infelices
omines infeliciſſimi, imò ineptiſſimi merito
udirent Chriſtiani; at quid eſt, quod Chriſtus
umani generis unicum decus tantopere vile-
cit? quid quod inter tot ordines paucos admo-
um habet Chriſtiano nomine, dignitateque
ontentos. Nam leones paſſim videas, lupos, a-
ros, ſimias, vulpes, ſues, graculos, veſpertilio-
es, mures, ſerpentes, canes, pavones, hircos,
anas, vultures, aſinos, lepores, ſcarabæos, cor-
os, cicadas, feles; homines perrarò, Chriſtia-
os prope nullibi. *B.* Quæ tu mihi animalia e-
umeras? *A.* Quæ verò? quibus animam, cor-
us, bona, famam, ingenium concredimus. *B.* At
llos aquilas, cervos, equos, oves, cygnos, colum-
as, luſcinias, apes, formicas appellamus, & vir-
utibus nobis, nòn ſorte tantum ſuperiores a-
noſcimus. *A.* Hoc ſcilicet ſupererat, ut quo-
iam taurorum inſtar iugum in nos recipimus,
lud etiam admiremur, & conquiſitis elogiis
nagna noſtra infamia extollamus, inferiores il-
is bobus Gallicis, quos Mich. Montanus ait
egiis in hortis tympanis incluſos aquam irri-
andis floribus debitam, attrahere, ac rotatio-
um conſuetarum, centenarum puta die uno,
uſque adeo eſſe memores, ut labore pera-
to ſe ſiſtant, nec ad ulteriorem ulla vi adi-
i poſſint. Vide mihi quantum ſapiant

hi boves præ multis hominibus, quibus vaniſſi-
morum laborum perennitas facilè imponitur,
quique ad mortem uſque levicula perſuaſione
deducuntur: itaque hæc regula erit, ſolum Chri-
ſtianum ratione ſua & hoc tempore bene uti,
reliquos beſtiis vel deteriores, vel miſeriores
eſſe.

84. SCRIPTORES.

A. Scribe, ſi quid ſcribis. *B.* Neſcio quam cala-
mus mihi ſtupeat. *A.* Tibi uni ſcilicet, ho-
ſcripturiente ſeculo, quo eunuchi gignunt, ſte-
riles pariunt. *B.* Eo magis ungues rodendi ſunt
ne quid prodeat monſtroſum, & Spartâ relegan-
dum. *A.* Hæc unica cautio eſt, nihil ſerii ſcribas,
id enim huic ætati tum ſuſpectum eſt, tum invi-
ſum, vel ſanè ridiculum, nec quiſquam hodi-
facilius fanatici nomen obtinet, quàm ſi anima
in hoc vitæ breviario conſulere, Chriſti conver-
ſationem amplecti, mundum planiſſimè negli-
gere, eique adverſum ire ſuadeat. *B.* Neſcio, qu
ſerius ſim, certe mihi interdum ipſi riſum mo-
veo, quamvis amarum: at quid aliis videatu
haud parum refert. *A.* De candidis. liberalibus
eruditis prudentibus, jubeo ſecurum eſſe, quo
eiuſmodi ſales nunquam offendunt, potius a-
cuunt & ſtimulant, ſed de anathemat iſtis, offa-
riis, mulionibus, alphabetariis, vermiculatis, bal-
neatoribus nihil habeo quod ſpondeam *B* H
opinor non legent, aut non intelligent. *A.* At a-
raneæ facilimum eſt è flore venenum ſugere. *B.*
Sed æquè facile api mella facere, me tamen tri-
valdi

ılde remorantur. *A.* Diſſolvemus, ſi ſciveri-
us. *B.* Vnum eſt, quod Mecœnatem non ha-
o, cui ego dem chartas, ille mihi aurum, quod
deo ſolenne eſſe; dedicare enim aucupari eſt,
t piſcari nummos elogiorum illicio. *A* Itane
mo eſt, qui delectetur ludicris? *B* Nemo qui
n donata, quàm empta malit. Alterum vero
ius habet. *A* Quod illud? *B.* Quod Bibliothe-
mihi non eſt, unde tot autorum teſtimonia
lligam, quæ juſtum catalogum conficiant, li-
llo magna eruditionis confidentia præfigen-
ım. *A.* Miſeret me tui. *B.* Tertium planè dede-
ri mihi eſt. *A.* Exceſto. *B.* Nemo mihi eſt, qui
nagrammaticum carmen addat in autoris &
ri laudem, quod alibi numeroſiſſimè fit, & e-
gantiſſimè. *A.* Nec aliud te cruciat? *B.* Nihil
ırius. *A.* Salvus es: nam hæc nos amovebi-
us. Primum quia patronus nullus eſt, tu tibi
onarcham aliquem elige, veluti pretioſum Io-
nnem, aut magnum Cham, cui inſcribas librū,
dedices multis rationibus, ac neſcio cuius cle-
entiæ impetu impulſus, cum Africana aut A-
tica peregrinatione illis innotueris: Id cuius
bi autoritatis futurum ſit neſcire non potes, è
ıa lucellum paulatim excreſcet. Pro ſecundo,
uære aliunde autorum catalogum, qui ab A
cipiat, puta Ariſtoteles aut Auerroes, & pergat
r omnes literas, uſque in Zoilus & Zeuxis:
m audacter libro tuo inſcrito, credibile enim
t, aliqua vocabula tua etiam apud illos reper-
m iri: etiam id libro inopinatam addet auto-
tatem. Tertium plane in tua manu eſt, præter-

quam enim quod facile conducuntur Poetæ, berum tibi eſt ſponte carmina fingere, & abu danter librum librificemque laudare, ſuppoſi ad lubitum celeberrimis aut pompoſiſſimis n minibus *B.* Vah! quid vetat dicere inter litei tos eſſe impoſtores,non impudentes tantùm,(turpiſſimos?

85. *APOLOGVS.*

A. AD te ibam. *B.* Laudo,ſed quid fers? *A.* guram myſticā.*B.* Ad Cunradum eund erat,qui talibus orbem faſcinavit. *A.* Atqui ai te quoq; aliquid tale ſuxiſſe alicubi. *B.* Ha ha quàm liberalis eſt credulitas! ſed quid tand geris? *A.* En imagines meo judicio mere hie glyphicas. *B.* Nihil eas contuliſti cum Ioachin cis, aut Paracelſicis, aut Liechtenbergicis, a Brigitinis, aut Bibliandricis, aut Argentinen bus, quibus Wolfius noſter plenus eſt? *A.* Fe at fruſtra, nam nihil reſpondent. *B.* Vah! quà tu ſimplex es. Neſcis hoc quidquid eſt, Apol gum repræſentare. *A.* Apologum ais? ſed qu Æſopus nullus, aut Ochinus vel Calcagnin confinxit. *B* Ego certè memini alicubi legiſſe. Recita ſodes, & facem huic figuræ inſer. *B.* L dicrum eſt: Ægrotabat quondam aquila ſive nio ſive ingluvie lippiens, inquiſitus medic corvus, qui Panacen jactabat, facile comparu & præſcripta diæta paleis aquilam diu pavit, p nas ſed interim quaſi ita conveniret haud pa

as & conſpicuas evulſit. Obſtrepebat forte ad-
entans anſer & doli corvum accuſabat, nonnul-
applauſu, ſed fœda morte fidelitatem finiens:
indem cygnus repetita corvi criminatione, a-
uilę curam magno conſenſu obtinuit, & remo-
s paleis, mannaq; adhibita, lucem non medio-
rem certe aquilæ reddidit. Verum veſpertilio,
ipſe medicum jactans, plane Medeæ facin⁹ co-
atus, mortem aquilæ intendebat, regenerandū
ictitans, vix tandem, nec abſq; aquilæ vulnerib.
ohibitus; altera parte graculus nimiū ſapiens,
rudam mannam deſpiciebat, & deſtillationes
iggerebat, utiq; multorum calculis probatas, &
um cygni medicinis commixtas. Ita dum diſſi-
entibus inter ſe medicis huic ſiniſter, illi dexter
culus concrederetur provocato utrinque judi-
io, mira facta eſt ſpectatorum confuſio: nam
ec medicis loquacitas deerat, nec aquila ipſa
bi conſtabat, nec utrique applauſus negabatur.
ed maximè omnium Cicada fritinniebat quic-
quid in buccam veniſſet, & aures omnium diſ-
ono ſtrepitu, nugisque penitus contradicenti-
us opplebat: Inter hæc & viribus aquila elan-
uerat, & pennæ diffluebant, & vertiginem pa-
iebatur, & carnibus ægrè ſuſtinebatur, & ungui-
us propinquiores lacerabat, & ſcabie paulatim
ccupabatur, tum Luſcinia caſu obvolitans, hāc
erdidit ait medicorū turba. Habes apologum.
A. Adhuc magis tenebroſū. *B.* Nūc tuū eſt affabu
ationē divinare. *A.* Scilicet medicis non temerè
redendū, præſertim loquacioribus. *B.* Et corvum
itandū, quia niger eſt. *A.* Nihil aliud? *B.* Nihil
quod

quod ego ſciam, tu vero jam & alios conſule.
Si vis ipſas beſtias. *B.* Nihil abſurdi dicis: Na
ideo crediderim apologos confictos, ut homin
diſcerent à beſtiis ſapere.

86. PARADOXA.

A. POtéſne ferre aliquem ſtudiorum tuoru
ſocium? *B.* Equidem integram caterva
velim; ſed neſcio quam nemini ſapiunt mea p
radoxa. *A.* Forte quia obſcuritatem affectas, d
plices. *B* Imò nihil eſt planius, ſimplicius, br
vius. *A.* Poſſes ne aliquot dierum ſpacio te mi
explicare? *B.* Duobus certe aut tribus minut
A. O audiam id ex te! *B.* Ego id debeo, tu utina
admitteres. *A.* Propera: nam minuta cito eff
unt. *B* Deum ſcito repenti obviam ire, inſequ
tem fugere: Deum etiam procul viſum pre
eſſe: Deum à peccato ſæpe per peccatum lib
rare: Dei nomen malorum omnium operc
lum: Chriſtum potiùs veritatis teſtem quam c
ctorem: Chriſtianum inconſpicuum ex Deo r
tum hominem: Chriſtianum ſemper invictu
Chriſtianiſmum perpetuum Sabbathum: Mu
di dominationem infimam ſervitutem: Mu
dum id quod credit non credere: Impios mu
do ſanctos: Evangelium mundo ſeditioſu
Veritatem tumultuariam rem: Theologia
magis experientiam quàm ſcientiam: Fide
non cadere ſub artem: Voluntatem & cogitati
nem non poſſe cogi: Peccatum non poſſe proh
beri, aut iuſtitiam extorqueri: quò doctiore

cò p

ò perverſiorem: ſtultitiam ſapere: & ignoratioem noviſſe: ſuam cuique ſapientiam & ratioem idolum: diſplicuiſſe hominibus ſummam udem: laborem non ditare: cedere foro ſumam iuſtitiam: nihil habentes omnia poſſidere: endere omnia præceptum non conſilium: Cor el ſolum orare, & vitam innoxiam plus quam s: Servos non ſervare legem, ſed à lege liberos lios: Suum quemque nocentiſſimum hoſtem: elle ſuum cuique infernum: ut oculum, ita ous eſſe. *A.* Deſine, deſine ſi me vis vivere: uid enim aliud agis, niſi ut humana cuncta his tis retrogradis regulis deſtruas? *B.* Dixi ne tibi lia paucis ſapere, & paucos ſapere. *A.* Nec inria, quis enim auſit ita univerſo mundo conraire; nam Ordo nullus his tuis paradoxis cometit, niſi fortaſſe mendicantium. *B.* Certè Chrius & Apoſtoli à mendicantibus parum abfuê: *A.* Nunc alia Eccleſiæ facies eſt. *B.* Meliórne n deterior? *A.* Dicam tua pace, ad illas tuas reulas nunquam me obſtringam. *B.* Nec eius ihi ſpes de te unquam fuit, cui religio, & leges, mores, & ſtudia, & opes, & labores, & expectaones ſive univerſa vitæ periodus ſunt ex conetudine. *A.* Dum boni mecum ſentiant, ihil moror tua paradoxa. *B.* Vah, munum bonum, nonne hoc maximum eſt paraoxum.

87. POLYMATHES.

A. ABijce librum. *B.* Mallem aurum. *A* Saltem depone amici gratia. *B.* Et id ægrè facio; nam

nam bonis libellis nemo amicior. *A.* Mihi præſentes nummi & amiciſſimi ſunt, & certiſſim *B.* Vox bovis, non hominis. *A.* Etiam boves ma lem quàm libellulos. *B.* Ad haram; mihi ara cu erit. *A.* Quæ ergo tua illa humana ſunt. *B.* I Mornæum, eruditionis hodiernę notabile ſidu *A.* Ecquid aliud pręſtitit, quàm ut quod oẽs cr dimus, perſuadere nitatur *B.* O credulam illa veſtram fidem vel potius ſecuritatem, qui int Iudæos, Ethnicos, Philoſophos, Atheiſtas, Mah metanos, Antichriſtianos, Barbaros, fanatic medij ſtertitis, velut navigio quodam, nullo v ſtro ſenſu & remigio, cœlis invehendi, quo qu excogitari poteſt magis temerarium? Mornæ verò, cum primum ſtabilire vellet Chriſtianiſ veritatem, dein iniquitatis myſterium aperi quem non autorem conſuluit, quam non ad buit eruditionem, eloquentiam, ſagacitatem, ad allegationes tantùm jam prope obſtupeſ mus, nedum tot rerum diverſarum multipl cognitionem. *A.* Vbi otium eſt, plurimum diſ tur. *B.* Quaſi verò id vobis deſit, qui poſt nove nium atq; quod excedit, tandem egenum qu jejunum aut aliunde deſcriptum, decerptum protruditis. *A.* Parce noſtris eruditis *B.* Age n Turnebum, Zvvingerum, Scaligerum iam, unam tibi Con. Geſneri Bibliothecã Pandect que opponam, (hominis animalium hiſtoria nomaſticoque præter reliqua notiſſimi,) o ſtupendæ lectionis, & admirandæ diligentiæ, ſi quod ſimile noſtrę ætatis dabis, cedam utiq & præſentem eruditionem adorabo. *A.* Qui

ius an id ſit unius hominis, vel quis credat po-
us? *B.* Itaque laudabile non erit ſub unius di-
ctione & methodo opus aliquod egregium &
riſſimum multos colligere? Sicut in ſumptuo-
aliqua ſtructura, latomi, ſtatuarii pictores, fer-
rii, & fabrorum omne genus ſua conferunt ad
nius Architecti arbitrium. *A.* Nobis non vide-
ır eruditum. *B* Itaque videas hodie multos, qui
ienis plumis ſe exornare ſatagunt, ſemetipſos
congrua & inæquali conſarcinatione prodere,
quam in aliis nihil ſapiant proſtituere: turpe
nim eſt velle ædes conſtruxiſſe videri, qui fene-
ras, ſeras, cardines, arcus, tabulas, fidelias, tegu-
s eſt furatus: turpe itidem architectonicæ in-
ium parietes dealbare, & ſtructuræ opus ſuum
cere. *A.* Itaq; conſultiſſimum eſt, quam quiſq;
idicit artem, eam tractare. *B* Sed & hoc inge-
oſiſſimum, multos artifices ad unum excellēs
pus adhibere. *A.* Tales tibi hodie inter nos
ud paucos facile nominaverim. *B.* Tales equi-
em ut verum tibi fatear, qui cum multa ac va-
a intelligere imperitis videri velint, à ſingulis
tificibus ſua ignorare, deprehendantur.

88. *DEFINITIONES.*

A. QVid aures ſcalpis, tempora vellicas? *B.* Me-
ditor. *A.* Id ſoles; ſed ecquid ſerii partu-
s? *B.* Mures. *A.* Aut lemures; nam ſi bene hunc
ucum noui, nunquam non volitans quid
exit.

exit *B.* Erras. *A.* Non ego hinc abibo, quin ſciai
quid alas monſtri. *B.* Sine. *A.* Ecquis te ex lo
quace fecit Laconicum? *B.* Speculatio. *A.* Eai
vero nonne mecum divides, aut in illam tuai
ſpeculam ſocium admittes? *B.* Veni. *A.* Adſun
at tu iam mihi phantaſmata tua monſtra. *B.* V
de. *A.* Ecquid videam, ubi nihil eſt. *B.* Quære. *A.*
Quid vides? *B.* Mundum. *A.* Mundus quid eſ
B. Pila. *A.* Pilam quid ſuſtinet? *B.* Nihil. *A.* Qui
regit? *B.* Vanitas. *A.* Quid ſuperat? *B.* Fides. *A.*
Quid iudicat? *B.* Deus. *A.* Deus quid eſt? *B.* Vn
tas. *A.* Chriſtus quis? *B.* Lux. *A.* Homo verò
B. Speculum. *A.* At Chriſtianus? *B.* Globus. *A.*
Econtra Sathanas quis eſt? *B.* Diſſenſio. *A.* Hæ
reticus? *B.* Stipula. *A.* Tyrannus? *B.* Spina. *A.*
Dic quid inter nos Eccleſiaſtes ſit? *B.* Ocul
A. Quid Magiſtratus? *B.* Auris. *A.* Quid Philoſ
phus? *B.* Lingua. *A.* Quid Hiſtoricus? *B.* Naſ
A. Quid Mechanicus? *B.* Manus. *A.* Sacerd
quid? *B.* Pavo. *A.* Quid Satrapa? *B.* Lupus. *A.*
Iudex? *B.* Vultur. *A.* Literator? *B.* Cercopithec
A. Ecquid civis? *B.* Formica. *A.* Miles verò?
Canis. *A.* Quid agricola? *B.* Apis. *A.* Et opifε
B. Simia. *A.* Videamus virtutes. Iuſtus quis
bi? *B.* Cœcus. *A.* Quis liberalis? *B.* Claudus. *A.*
Quis ſapiens? *B.* Mutus. *A.* Quis prudens?
Surdus. *A.* Quis Fortis? *B.* Cruciger. *A.* Q
temperans? *B.* Pauper. *A.* Quis fidens? *B.* St
tus. *A.* Quis ſperans? *B.* Exul. *A.* Nunc libr
mihi explica. Canones quid ſunt? *B.* Fulgur.
Codex verò? *B.* Fulmen. *A.* Aphoriſmi?
Grando. *A.* Axiomata? *B.* Imber. *A.* Politic

B. Ve

Ventus. *A.* Sed dulce Evangelium? *B.* Ros. Dic quid ſancta veritas? *B.* Flamma. *A.* Quid io? *B.* Candela. *A.* Quid opinio? *B.* Fumus. *A.* uid calumnia? *B.* Favillæ. *A.* Quid fama? *B.* Stila. *A.* Quid memoria? *B.* Cinis. *A.* Quid ndacium? *B.* Vitrum. *A* Nonne & loca pertrabimus? Vrbs dic quid eſt? *B.* Gymnaſium. Eccleſia? *B.* Stadium. *A.* Quid aula? *B.* Circs. *A.* Et Schola? *B.* Sphæriſterium. *A.* Quid ria eſt? *B.* Orcheſtra. *A.* Quid conſiſtorium? Septum. *A.* Quid dicaſterium? *B.* Amphieatrum. *A.* Quid forum? *B.* Balneum. *A.* Quid fficina? *B.* Arena. *A.* Quid Caſtra? *B.* Macelm. *A.* Quid Eremus? *B.* Podium. *A.* Quid dous? *B.* Pegma. *A.* Quid officium? *B.* Larva. Quid Bibliotheca? *B.* Vmbella. *A.* Dabis ne ætates? Pueritia quid? *B.* Terror. *A.* Iuvens? *B* Error. *A.* Virilitas? *B.* Labor. *A.* Senеus? *B.* Horror. *A.* Quid tempus? *B.* Bulla. *A.* uid vita? *B.* Mors. *A.* Quid mors? *B.* Vita.

89. NEMO ET OMNIS.

SAlve Nemo. *B.* Salve Omnis. *A.* Vter noſtrum melior. *B* Nemo certe. *A.* Omnis fac. *B.* Vis Nemo tecum certet. *A.* Omnis utiq; iperabit. *B.* Nemo fuit ſemper. *A.* Quicquid git Mundus, facit Omnis, & Omnis ubique eſt. Poſt funera Nemo. *A.* Omnis in æternum vit. *B.* Omnia Nemo poteſt. *A.* Novit ſeſe omnis d unguem. *B.* Nemo ſapit omnia per ſe.

A. Omnis

A. Omnis habet cœco pectora tecta chao. *B.* Nemo manet ſemper. *A.* Omnis amat diræ tempora noſſe necis. *B.* Crimine Nemo caret. *A.* Omnis habet tacitis pectora operta viis. *B.* Nemo fugit mortem. *A.* Omnis amat vitæ gaudia vana brevis. *B* Nemo quod eſt, quod erat, nemo futura tenet. *A.* In omnibus autor Omnis. *B.* Nemo poteſt dominis ſimul inſervire duob. *A.* Omnis habet plurimos dominos. *B.* Nemo ſorte ſua vivit contentus. *A.* Scit Omnis iners tergo quanta crumena ſuo. *B.* Nemo in amore ſapit. *A.* Omnis amat totis muliebria pectora neruis. *B.* Nemo eſt in amore fidelis. *A.* Omnis amat verbis. *B.* Nemo alii propior quàm ſtudet eſſe ſibi. *A* Re procul Omnis abit *B.* Nemo quod & quoties expedit, illud habet. *A* Omnis at horrendo cedit ubique malo. *B.* Nemo bonus, nemo eſt ex omni parte beatus. *A.* Auſpiciis cedere cuncta bonis Omnis amat. *B* Nemo per innocuos mores emergit. *A.* Omnis ait digito Arcadici monſtrantur aſelli. *B.* Bona curat publica priuato munere Nemo magis. *A.* Omnis habet tanquam Numina ſumma, numum. *B.* Nemo audet ſubitis rebus habere fidem. *A.* Omnis habet varias aures oculosq́ue ſequaces. *B.* Nemo ſibi cavit ubique. *A.* Omnis ait vulpem vulpes non mordet. *B.* Nemo quæ placeãt ſtupido facit omnia vulgo. *A.* Omnis in egregiis cęcus aſellꝰ agris. *B.* Nemo Deum pariter, divitiasq́ue colit. *A.* Omnis opes redamat, decoctor & Omnis in orbe eſt. *B.* Infectum reddere factum Nemo poteſt. *A.* Durum hodie Omnis ait. *B.* Nemo quas con-

gessi

ſſit opes ſecum auferet iſtuc. *A*. Omnis amat
aſſum, miſerum fugit Omnis egenum. *E*. Ne-
o vagam ſtabili fortunam temperat orbe. *A*.
mnis habet vitiis luſtra beata ſuis. *B*. Nemo
luptates nullis languoribus explet. *A* Omnis
uas ſpernit, vina ſed Omnis amat. *B*. Nemo
ert ſtudiis præmia digna bonis. *A* Omnis e-
t probitas, omnis & artis honos. *B* Nemo pla-
t cunctis invidiaque caret. *A*. Omnis amat fie-
pariter doctusque bonusque. *B*. Aulæ ſontica
rſequitur munera Nemo pius. *A*. Omnis a-
at multo tractare ſatellite regnum. *B*. Nemo
cerdotum luxus, vitamque ſupinam carpere
idet. *A*. Omnis in alterius vitiis Epidaurius
guis. *B*. Nemo fidem Chriſto non habet, &
nus eſt. *A*. Omnis ait cras cras myſta mea car-
ina ad aures, voce traham.

90. *BVTTVBATTA.*

I. EHem mortales, quotquot inauditas artes miramini, quotquot ſupernaturalia ſcru-
mini, quotquot ſubtilitatibus ingenia fatiga-
s, quotquot ſumptus in Orbis rariſſima prodi-
itis, adeſte, convenite, contemplamini novos
eſauros, nova & incredibilia cœli munera; En
e liberalem, facilem, promptum, gratis, gratis,
ratis, quicquid hic eſt dabitur, accurrite! *A*.
uis clamor, & oris libertas? *B*. Adeſdum bo-
e vir, atque has mecum gazas divide. *R*. Tu
azas diſtribues lacero palliolo, feneſtratis cali-
gis, induſio perflatili? *B*. Gazas aio, theſauros,
gem-

gemmas & cuncta regia. *A.* Age; nomina mi cas,fruſtilla,pittacia,ſordes tuas. *B.* Tu rides,a ego tibi monſtrabo artem inveniendi cuncto theſauros,arteſque omnes; tum facem inextinguibilem, oleumque nunquam combuſtile exhibebo vitrumque in manus dabo ductile, & vires docebo exprimere omnibus creſcentibus tum colloqui cum animalibus inſtituam, & vitam ſupra Neſtoreos annos proferre. Si volar lubeat pennas aptabo, ſi terrã movere machina ſuppeditabo. *A.* Scelefte homo, quem non pudet mentiri, atque audaciſſime,at tu vide quan te clamores tui vinculis ſint brevi addictur *B.* Etiam caput amputari mihi patiar, niſi ſingula hic præſens præſtitero. *A.* Pergis mentiri? *B.* Age ſi te edoctum hæc à me fateberis, a dabis mediocre viaticum? *A.* Dabo equiden video enim te indigentem potius quam artifcem. *B.* Quod felix fauſtumque utrique ſit theſauros te iubeo intra te inveſtigare, quc Deus largiter recondidit, nunquam ſine ingenti tua & ineffabili voluptate effodiendos: dei verbum Dei intueri, facem nullis omnino artibus, aut viribus huc uſque extinctam,nec poro extinguibilem: porro lachrymari fortit præcipio, quem liquorem ne infernales quidei flammæ comburunt: vitrum ductile tu ipſe e ſi corpuſculi imbecillitatem durabilem intueris: Vires pietate omnibus creatis extrahes,hui enim ob cœleſtem adoptionem univerſi Mundus debetur: ita & vita æviterna erit, cum Deo immortali inſolubiliter iungari:

ſi

a animalium colloquia delectant, contemplare
uinas in ijs notas, quibus te abunde erudient:
ecibus ad ſuprema quæque volabis, & animæ
riſſimo aſcenſu, deniq; Fide Chriſtiana nō ter-
n tantum, ſed Naturam omnem emovebis, ſu-
rabiſq;. A. Quod tibi nomen eſt? B. Buttubat-
ab impoſturis inditum. A. Accipe, quod jure
i debeo, nec enim mihi unquam felicius im-
ſitum eſt.

91. *PLVRALE.*

QVam parum nobis convenit. B. Itane? A. Certe in hoc, quod novis ego libellis de-
ctor, tu obſoletos & ſitu ſqualidos undique ex
io eruis. B. Fateor antiquitate mihi nihil videri
iditius, novitate nihil inanius. A. Sane qui li-
os hodie ſcribunt omnem priſcam eruditionē
oliant, & politiorem iterum auctioremq; pro-
re jubent. B. Quam bene dixiſti nobis in
c non conuenire; nam ſi deſcriptio tibi placet,
hi indagatio longe admirabilior eſt, & inge-
o humano decentior. A. Quid vero eſt
od hic verſas? B. Ludicrum eſt viri quon-
m non mali. A. Recita mihi quæſo aliquid
veteri tuo Mundo. B. Neſcio an ferre poſſis
l ride tamen mecum, En duas Etymologias;
rtzog ducem ait componi ab Hertz / corde, &
/ oculo priſcæ pronunciationis, quaſi fortitu-
nem & prudentiam velit à principe omnino
quiſitam: Dein Hofart / ab Hof art derivat,
aſi aulici mores ſuperbia nunquam careant,

vel Hofhart potius, quia ægre ibi & difficulter obtineas quod velis. A. Tenuia ſunt. B. Fateor ſi aculeos negligas, ſed id mihi arriſit: quod vobiſſationis ut vocant in Principum reſcriptis rationem appoſitam reddit. A. Nonne vero id ſumma illorum dignitas & excellentia requirit, ut aliter quam nos ſingularia animalcula ſemet appellitent. B. Erras ſi huic credis: nam ſummæ potius ſive humilitatis, ſive humanitatis judicat: cum enim ſe homines ſciant, & tantæ multitudini regendæ impares, nolunt quicquam ſuo uno nomine definitum aut decretum, ſed aſſumpto Plurali numero, petiti conſilij, conſenſuſque auditi confeſſionem edere non gravantur: quoties igitur audias Nos, Dei gratia, ſemper unanime prudentiſſimorum quorumque & Patriæ curatorum judicium ſubintelligendum putes, quod ſimul facit ad fiduciam ſubditis faciendam, & gloriam Deo reddendam. A. Non diſplicet. B. Sed & hoc adjungit, nobis non convenire, ut Principes, aliter quam in ſingulari alloquamur, latine maxime, ne exprobrare ijs conſilij indigentiam, aut inſtitutum neſcire videamur. A. Id viderint palpones noſtri ſemi-latini, quibus veſtræ Severitates in ore ſunt frequentes. B. Nec mea magni intereſt, quam fidem Codex meus inveniat. A. At ſi princeps glorioſum hodie credat, quod olim humilitatis fuit, aut Nos decernimus ſcribat, quod ille ſolus invito Deo, & conſilio mandat? B. Tum ille ait & majorum humanitati, & humanæ conditioni

tioni, & ſubditorum fidelitati, & Divino no-
ni maximam & eluendam fieri injuriam.

92. CORNVCOPIAE.

QVid ſuſpiras ô amice? B. Vides rempubli-
cam, cum principum, tum privatorum o-
a perditum iri? A. Eſt quod in his deſide-
? B. Multum & multa. A. Si tibi copiæ cornu
et, quid nam potiſſimum concederes,? B. Sin-
lis adderem, ſingulis demerem aliquid. A Dic
id Principibus? B. Darem plus religionis, au-
rem prodigalitati. A. Quid conſiliarijs? B.
is illis velim animi, minus privati. A. Quid
nſiſtorio? B. Plus miſericordiæ, minus con-
ſus. A. Quid Curialibus? B. Plus peritiæ, minus
narum. A. Quid nobilibus? B. Plus fortitudinis,
nus faſtus. A. Quid aulicis? B. Plus temperan-
, minus prophanitatis. A. Quid Theologis? B.
is exempli, minus ambitionis. A. Quid Iu-
conſultis? B. Plus conſcientiæ minus lucri. A.
uid Medicis? Plus experientiæ, minus invi-
æ. A. Quid Profeſſoribus? B. Plus cerebri, mi-
s ſupercilij. A. Quid Ludimagiſtris? B.
us ſolidi, minus Scholaſticiſmi. A. Quid Po-
icis? B. Plus integritatis, minus atheiſmi. A
uid hiſtoricis? B. Plus prudentiæ, minus fabu-
um. A. Quid Ethnicis. B. Plus Chriſtianiſmi,
inus paganorum A. Quid Phyſicis? B. Plus ſa-
citatis, minus credulitatis. A. Quid Mathe-
aticis? B. Plus praxeos, minus vertiginis. A.

Quid Aſtronomis ? B. Plus cœli, minus erro rum. A. Quid Aſtrologis ? B.Plus obſervationis minus ſuperſtitionis. A. Quid Arithmeticis? B Plus ingenij, minus regularum. A. Quid Diale cticis ? B.Plus demonſtrationis, minus termino rum. A. Quid Rhetoricis ? B. Plus veritatis, mi nus loquacitatis. A. Quid Poëtis ? B. Plus ſimpli citatis, minus ſalacitatis. A. Quid Muſicis ? B Plus eruditionis, minus levitatis. A. Quid Gram maticis? B. Plus ſalarij, minus vocabulorum. A Quid Studioſis ? B. Plus lectionis, minus ſum ptuum. A. Quid Pharmacopolis? B. plus fide litatis, minus avaritiæ. A. Quid Chymicis? I Plus rationis, minus mendacij A. Quid Mecha nicis ? B. Plus ſubtilitatis, minus vanitatis. A Quid pictoribus? B. Plus Phyſices, minus ob ſcenitatis. A. Quid ſtatuarijs ? B. Plus ana tomiæ, minus pulveris. A. Quid Architectis B. Plus modeſtiæ, minus luxus. A. Quid Biblic polis? B. Plus cordis, minus nugarum. A. Qui Agricolis ? B. Plus humanitatis, minus perfidiæ A. Quid Magiſtratui ? B. Plus condolentiæ, mir otij. A. Quid præfectis ? B. Plus legum, minus ar bitrij. A. Quid Oeconomis ? B. Plus frontis, m nus furti. A. Quid Judicibus ? B. Plus æquitati minus ſecuritatis. A. Quid advocatis? B. Plus ch ritatis, minus unguium. A Quid Mercatoribu B. Plus pœnitentiæ, minus divitiarum. A. Qui Militibus ? B. Plus verbi Dei, minus ſanguin lentiæ. A. Quid Civibus? B. Plus obſequij, m nus calumniarum. A. Quid ſubditis? B. Plus pr cum, minus curioſitatis. A. Quid Viris ? B. Pl

patien

tientiæ, minus Zelotypiæ. A. Quid mulieri-
is? B Plus ſilentij, minus ſupellectilium. A.
uid Parochis? B. Plus vigilantiæ, minus deci-
arum. A. Quid æditius? B. Plus candoris,
inus ſtultitiæ. A. Quid auditoribus? B. Plus
rium, minus linguarum. A. Quid Iuueni-
is? B. Plus imitationis, minus temeritatis. A.
uid mendicantibus? B. Plus laboris, minus li-
dinis. B. Satisne ſomniatum? B. Satis omni-
), cum tales quales habemus nobis retinendi
it.

93. *MAVRITIVS.*

VNus in armis Mauritius. B. Quis Mauri-
tius? A. Apage quiſquis Naſſovium
eroam, Belgij fulcrum, Germaniæ decus, Vi-
oriæ filium ignoras. B. Ignorare ais? quem Or-
s univerſus novit & collaudat, ego vero neſcie-
am an hunc Martem velles. A. Hunc, hunc
erte, quo noſtra ſecula nihil tulerunt fortius ſi-
ul & ingenioſius B. Id debebat terræ Vraniana
la fœlix arbor, ut immature & intempeſtive re-
ſa, roboris & ſtratagematum ſurculum relin-
ueret. A. Felici ſydere natum oportet, &
ortunæ candidatum, qui ad maxima quæque
t glorioſiſſima natus apparet. B. Quin peri-
iæ potius, & ſubacto ingenio adſcribis, quàm
ortunæ arbitrio? A Quoniam tanta gloria artib.
x virib. inacceſſa videtur. B. At ego crediderim,
quicquid in eo rari & ſtupendi, id omne à co-
gnitionis, & experientiæ conjunctione prove-

 niſſe.

niſſe: Quotieſcunque enim ea maritantur, nih
non inuſitati progenerant, quoties ſeparata an
biuntur, ſpem omnem & expectationem eludũ
hinc ſæpe videas ingenioſiſſimos quidem hom
nes, at quib. rerum humanarum nullus eſt uſu
nihil in rebus humanis ſapere, imo potius præt
alios ineptire, ita fortiſſimos plane bruteſcere,
oportunitate vel ſagacitate nulla vti, atque hi
nec ingenium ſine viribus, nec vires ſine ingen
ad res laudabiliter gerendas multum facere.
Video quid velis: nam Mauritium non tama
mis, quam Mathematica peritia illuſtrem m
mini, qua hoſtibus plus damni intulit
quam alij ferro B. Sane ſi vulgares Acad
micos adeas neſciunt id quod ſciunt & n
gis interim occupantur, quibus ad huma
nas actiones nihil eſt utilitatis: ſi mechanico
neſciunt id quod debebant ſcire, rerum ſcilic
rationes & fundamenta, è quibus mille alia h
minum inſtrumenta & ſubſidia emergunt: ſi m
lites neſciunt id quod agunt, id eſt cæci in ill
ſuis vel caſtrametationibus, vel obſidionibus, v
protectionibus occupantur: ſi nautas, neſciu
id quod vident; nempe in marino illo itinere co
lo, chartiſque utuntur temerarie magis qua
erudite. A. Sed & illud addere decebat, inter h
ipſos perſæpe plus eſſe Matheſeos practicę, qua
in ſtudioſorum grege: nam quod miſeris, cu
Matheſis plus quam mediam partem ſolidæ er
ditionis contineat & una prope ingenia ſupra vu
gus exacuat, inter centum ſæpe literones vix un
reperias, qui nobiliſſimo huic eruditus. Satiu
itaqu

taque erit cum illis alterutra non incommode
uti, quam cum noſtris utramque neſcire. B Atqui
hoc eſſet literatis neſcio quam ſocordiam expro-
brare. A. Fortaſſis excitare: quis enim ſtudio
vel æque tantum, ne dum deditus eſſe velit, non
erubeſcat inter Martis vel artis opera obambula-
re, nomenclatoris veluti indigus? B. Contemnũt,
qui neſciunt & ob id res prope omnes neſciunt,
ac ſtupide admirantur; cæterum ſi quiſquam li-
teratorum ad Matheſeos praxin excitari poteſt,
illuſtre Mauritianum opus id faciet, aut nul-
lum.

94. *VVLGVS.*

A. HEu nihil infidæ fas quenquam fidere tur-
bæ! B. O veris veriora! quis enim unquã
firmo pede vulgi humeris inſtitit? A. Nunquam
tamen deerunt, qui labores ſuos, ſpes, vota, æta-
tem, ſumptus in tam infœlicem agrum proſemi-
nare pergant. B. Apparet: nam vulgus de re-
ligione, vulgus de politia, vulgus de eruditione,
vulgus de felicitate, vulgus, de moribus indicat,
nec eſt qui iudicium declinet. A. Atqui quos
heri approbavit hodie condemnat, quos heri ad-
oravit, hodie crucifigit; nec eſt, qui auſit
vulgi benevolentiæ firmiter inniti. B. Ita-
que magno & admirabili ingenio opus eſt, quod
vulgus plane abripiat, & in ſtuporem conver-

tat,ut conuictum plane,& conſilii tanti ſubſidii que indignum ne poſſit quidem ſi velit,deſerer A.Valde erras; nec enim meritum ullum in terri tantum eſt, quod poſſit vulgus æternum devin cire:imo quod levi aura aliena diſſipari non poſ ſit,cuius rei non vulgares aliquot animæ, ſe ſumma, cum Magnatibus tum populo æſtimat ingenia teſtes undiq, proſtant. Nam ut primur Fortunæ ventilabrum ſe vertit,favor plebis ſolt tus eſt. B. Exempla iuvabunt. A. Nimi ſeges eſt. Inter Imperatores Mauritius, Henri cus, Adolphus, Rudolphus, Conradinus. Int Pontifices,Paſchal.2.Ioh.13. Gregor.7. Bonifa 8.Ioh.23.Clem.7.Inter Reges,Demetrius Moſ Vladislaus Bohemus, Chriſtern. Danus, Ferd nand.Aragonius.Inter principes L. Sfortia, Gu ſius, Norfolcius, Borgia, Aloiſius. Inter Duc Belliſarius, Colinius, Bironus, P. Navarrus, E ſexius.Inter ſecretiſſimos, Bonellus, Petri, Sei nus, Plautianus, Thurinus, Actius, de Vinei de Luna. I Vitellius, VVolſecus,Rizius. Int Conſiliarios Orcus,Perezius,Scalichius, Kins ki. Crell. Enzlin,quibus omnibus non tam fortu na favit,& vela ſecundiora inflavit, quam adm ratio applauſuſque populi multus & loquaciſſi mus fuit, donec inverſa rota omnium elogia n evanuerunt tantum , ſed in acerbiſſimos ictu ſunt commutata.B.Apparet arcanam aliquam & inſcrutabilem vim eſſe,quæ fœlices illos, & ſub limores deiiciat,occultis criminibus,& offenſo rum ſuſpiriis provocatam : quis enim alius tan

ſu

ubito animos hominum invertat? A. Ita eſt ſa-
ıe; at interim noli credere omnes aut plæroſque
altem, id animo ſuo credere, quod foris fortunæ
x tempori tribuunt, itaque facilimum eſſe ſub-
atis impedimentis aliter proloqui, & tectum
liu odium proferre. B. Hactenus vulgus accuſa-
'imus, at hoc vulgi ingenio vniverſus mundus
ſt. Summis namque, mediis & infimis hoc com-
nune eſt, fœlices colere, infelices deſerere. A.
Chriſtianis id non imputabis, quib. alia regula
ſt. B. Itaque tu mihi vulgus defini. A. Non au-
im. B. Nempe quia vulgus nimium vulgatum
ſt. A. Itaque Chriſto fidere tutiſſimum eſt, eun-
lemque ſequi, neque has terrenæ Fortunæ rota-
iones umquam admirari, quicquid tandem vul-
gul ſit, vel faciat.

95. TRIAS.

A. VIdiſti opinor Romanam Triadem? B. Nihil illa elegantius. A. Et admiratus es
ıoc numero comprehendi quamcunque ini-
quitatis ſummam? B. Quid opus eſt Triade,
um una errorum ſumma Antichriſtus ſufficiat,
ınum malorum centrum Tyrannus, una univer-
itatis peſtis Sathan? A. At ſi dicas tres orbis pla-
gas, Talmud, Alcoranum, Decreta, nonne id ſo-
ıantius eſt? B. Ita & dicere poſſem tres or-
bis Religiones Chriſtianam, Iudaicam, & Eth-
ıicam. A. Bene, vides nempe ternario præci-
pua huius terræ definiri. B. Ea dudum Trithemi⁹

& Agrippa colligére, non ſine acumine. A. Ne ſcio an & nos tale quid valeamus. B. Si place certabimus. A. Incipe, nec enim cedam priu quam viceris. B Tria ſunt plane admiranda, Vni Tria, Deus Homo, Virgo mater. A. Tria ſunt ho mini glorioſiſſima, Deus Pater, Dominus Fra ter, Princeps ſocius B. Tria ſunt Eccleſię flagella Hypocriſis, Sophiſtica, Tyrannis. A. Tres ſur Religionis ordines, Phariſæi, Epicurei, & Pecca tores. B. Tres ſunt terræ doctores, Religio, Su perſtitio, Atheiſmus. A. Tres ſunt orbis rectore Charitas, Perſuaſio, Violentia. B. Tres vitæ co mites, Ambitio, avaritia, voluptas. A. Tres vulg impoſtores, ſtupor, venter, conſuetudo. B. Tre exſpectant Dei judicium, Sanctus, Hypocrit Impius. A. Tres dividunt inter ſe hominen Theologus, Medicus, Iuriſcõſultus. B. Tria ſur inuicta. Veritas, Neceſſitas, Libertas. A. Tres ſur humani generis hoſtes, Sathan, Mundus, Car B. Tres ſunt Mundi incolæ, Simon, Iudas, & po pulus Gomorrhæ. A. Tres ſunt Atheorum ſcru puli, Animæ immortalitas, reſurrectio carnis, & infernus. B. Tria ſunt hominum alimenta, ge nus, ſcientia, labor. A. Tria ſunt Aulæ inviſa Verbũm Dei, reformatio, & ſubditorum ocul B. Tria ſunt in Academijs ſuſpecta, liberale in geniũ, eruditio rara, & devotio modeſta. A. Tri ſunt in aula promoventia, Cognatio, largitio nes, & curioſæ artes. B. Tria ſuſtinent literatos papyrus, calamus, atramentum. A. Tria ſolan tur ſacrificulos, præbenda, honor, otium. I Tria ſuffulciunt aulicos, Luxus, ſpes, vanita

A. Tri

A. Tria elevant indignos, opes, caſus, audacia. B. Tria exiguntur à peregrinatione, viarum peritia, nummus, & lingua. A. Tria evocant è patria, lucrum, admiratio, licentia. B. Tria læduntur peregrinanti, conſcientia, ſtomachus, & marſupium. A. Tria multa evitant, Experientia, doctrina, admonitio. B. Tria valde egent, domus abſq; aqua, terra abſq; domino, mulier abſq; viro. A. Tria plane abſurda ſunt, Sathan quietus, Mundus fidelis, & Chriſtianus ſuperbus. B. Video te non cedere, & hanc materiam eſſe fertilē. A. Iam quidem deſinamus, ut ſi quis alius nugari velit, non conqueratur aliquid eſſe præreptum.

96. *SIBYLLÆ.*

A. PLatonis illud nonne meminiſti? Oportere omnia convenire cum veritate. B. Memini & moleſtum eſt in tot ſectas & opiniones nos diviſos. A. Nunc nos Chriſtiani cum Pico Mirandulano appoſitè diceremus, Omnia debere convenire cum Chriſto. Is namque totius hujus uniuerſi finis videtur, non vero homo Paradyſo ejectus, quicquid ille ſe microcoſmum iactitet. B. Tu revocabis illas ſpinas de Chriſto incarnando, ſi maxime Adam innocens permanſiſſet. A. Non hic tangam, vides tamen Chriſtum omnia reſpexiſſe & reſpicere, quæcunq; fuerunt, ſunt, & erunt, ſimulque eiuſdem ſponſam per admirabile Dei ab æterno conſiliũ

Itaque latere nunquam potuit,ſed univerſo or
eum proſtare ſcopum oportuit. B.Quæ vero hu
ius myſterii lux inter gentiles fuit? A. Variæ P
triarcharum, Prophetarum reliquiæ, Philoſ
phorum vetuſtiſſimorum ſacra, Poetarum M
thologica, Oraculorum gryphi, & imprimis S
byllarum carmina,inuſitatum quid & Iudaicum
ſive potius Chriſtianum, pronunciantia, qu
bus ſubtiliora ingenia ſunt exercita, & in med
is tenebris veritatis Chriſtianæ ſeries retent
B. At quam obſcura ea, quam intricata, ut r
hodie quidem, ecquid voluerint, multis inte
ligatur? A. Idem de ſacrificiis poſſes pronun
ciare, & ceremoniis templi Iudaici, quas nem
hodie Theologus ſic Chriſtianæ religioni ad
ptabit, ne quid hiulcum, aut violentum, inte
dum & plane abſurdum appareat, cujus ſi exem
plum quiſquam , Origenes teſtis eſt eviden
tiſſimus. B. Itaque Sibyllina illa ſuffeciſſe puta
quæ Gentiles ſublimioris alicuius Philoſophi
admonerent, & tam exacta ingenia, in alium lō
ge Dei cultum, humanorumque errorum co
gnitionem converterent? A. Vtique; nec diſſi
mulant illi puriores Philoſophi, quantum ſcru
pulorum illis hominis præſens & cathenata mi
ſeria, & Meſſiæ alicuius fama, tum Divinæ cu
iuſdam converſationis myſticus modus iniece
rit, & de Gentiliſmo plane deſperare coëgerit
quod de Socrate, Platone, Ariſtotele præter in
feriores alios quiſquis neſcit, plane in iis peregri
nus eſt. B. Tenue lumen dicerem, ſed Paulu
fortiter obſtat Rom. 1. Itaque nunc noſtratium
pudet

ſudet, qui cum quater centum quotannis de Chriſto accepto, præſente, & fraternitatem offe- rente planas, apertaſque conciones audiant, nihil tamen moventur. A. Fatendum eſt haud Sibyllas hodie, ſi decem aliæ decades accederent, auditum iri, imo ne Paulum, Petrum, aut Chriſtum iterum obambulent.

97. ABSVRDA.

A. HIc ille furcifer eſt, & cuncta ſupplicia meritus? B. O deſinant aliquando, & reſpirare ſinant! A. Tu nempe humana cuncta aſpernaberis? B. Quoniam humana cuncta decepe- runt. A. Deum neſcis? B. Scio, interim homines imperant. A. Nulla ne providentia creditur? B. Nonne omnia venalia ſunt? A. Quid miſericordia Divina? B. Vbi miſeri conculcantur. A. Juſtitia ſupereſt. B. Interim quod quiſque vult, facit. A. Præſente Deo? B. Ecquis pudor, reverentia ubi? A. Atqui Deus omniſcius. B. Atqui maniſeſtiſſima hic palliantur. A. Religio prohibet. B. Nunc dives per foramen acus tranſit. A. Leges cohercent. B. Muſcas, non veſpas. A. Quid noſtri Theologi? B. Digladiantur. A. Juſtitiæ vero Sacerdotes? B. Cucurbitas imponunt. A. Ergo Medicis parum reliqui? B. Mors æqualis. A. Provocemus ad rationem. A. Beluæ præcipiunt. A. Nihil denique reliqui? B. Nihil, niſi ut me placide ſinas, qualem deſperatiſſima rerum noſtrarum facies fecit. A. Principes ſuccurrent. B. Non vacat per mundana. A. Saltem proceres.

B. Aurum mihi non eſt. A. Sanè Myſtarchi? .
Neſcis hæreticum? A. Labora. B. Corpus n
ſufficit A. Mendica B. Jam deſinendum for.
A. Spera. B. Homines concreſcunt, lapideſcu.
A. Patere. B. Id fortiter facio. A. Nunc tibi ſu
mitior. B. Sed quid ſuccurris? A. Nihil eſt.
Quid ſpondes? A. Æque miſer ſum. Memine
autem non me de Divino numine inique ſenti
Sed illos qui in conſpectu inque deſpectum D
tot abominabilia perpetrant. B. Quid conſul
A. Futuram æternitatem expectemus. B. Nu
places: Nam ſi præſentibus eſſet immorandu
& ex præſentis mundi intuitu de Deo, & ejus r
gno judicandum, nihil excogitari poſſet homi
infelicius. Cæterum Divinum regimen & pot
tiam inter hos mundi turbines nemo tam fac
agnoſcet ex rerum creatarum ordine, quã qu
humana malitia vniverſus mundus nõ plane c
rumpitur, deſperditur, annihilatur: Scilicet eſt
liquod arcanum robur, quod hoc univerſum ſ
ſtinet, donec abſoluta periodo diſſolvatur.
Condona mihi temeritatem. B. Libenter; at
poſt hac ſcies multa hic Sathanæ mancipia ad
ſari, multos Dei filios proclamari impios.

98. SIMON DORMIS.

A. QVam mirum eſt rebus periculoſiſs. pl
rumque homines eſſe ſecuriſſimos?
Nempe illud Simon dormis identidem incl
mandum foret. A. Quis neſcit Germaniæ dec
& robur per ordinum diſſenſum langueſcer

vil-

ileſcere? B. Simon dormis? A quis neſcit patriæ ornamenta & opes exareſcere? B. Simon dormis? A. Nonné verò Religio facta eſt quodam mercimonium? B Simon dormis? A. Quid tribunal, niſi litium ſeges? B. Simon dormis? A. Curia nonne labyrinthus eſt? B Simon dormis? A. Aula cloaca? B. Simon dormis? A. Quid in ſcholis frequentius eſt, quàm lanæ caprinæ tonſura? B. Simon dormis? A. Et leges vanæ opinionis deliria ſunt. B. Simon dormis? A. Sacerdotes ſeſe paſcunt. B. Simon dormis? A. Magiſtratus choreas ducit. B. Simon dormis? A. Populus flenda ridet, ridenda flet. B. Simon dormis? A. Artifices quiſquilias pariunt. B. Simon dormis? A. Juuentus defloratur. B. Simon dormis? A. Eheu terram infelicem! ubi Satan Princeps, Mundus hoſpes, Caro præceptor, hypocriſis conſiliarius, vanitas commilito, opinio adulator, ſecuritas comes, malignitas famulus eſt. B. O Simon dormis, nec potes unam horam vigilare? A Qui vigilet, cui venter Deus eſt, voluntas lex, ambitio dux, temeritas ars, conſuetudo regula, fumus merces, nugæ dapes, ſervitus titulus, ſtupor pulvinar, damnatio finis. B. O Simon evigila, niſi lethargus plane eſt quod ſomnias. A. Quidni lethargus? Nam Deum tam videntem negare, mundum tam hoſtilem deſerire, terram tam informem laudare, mortis tam incertæ certæ oblıviſci, tenebris tam denſis delectari, veritatem tam invictam denegare, famam tam mortalem adorare, infelicitatem tã præſentem diſſimulare cathenis tam turpib. gloriari,
& no-

&noſtri intra nos tam ſtupide ignaros eſſe ne-
thargus quidem eſt, ſed obrigeſcentia. B O-
gila quiſq; non lapideas aures habes ad Divi-
tubæ ſonum, qua ad lucem, & diem & immor-
litatem vocaris. A. Fruſtra hoc ſeculum inc-
mas, quod dormitantium habet infinitos, vi-
lantium prope neminem.

99. HOROLOGIVM.

A. QVid ſpeculator meus oſcitatur? B. Sa-
jucundum mihi oblatum eſt ſpectaculu.
A. Quaſi horologium nunquam videris? B. Nu-
quam quod ſciam his oculis: nam ut primu
hic vidi diei ſectionem, planetarum motus, ca-
panularum ſeriem, rotarum librationes, intr-
verti oculos, & hujus vaſtiſſimi univerſi horo-
gium introſpexi, cujus æque ſunt regulares m-
tiones, ſunt rotarum periodi, ſunt magni diei
viſiones, ſunt indices, atque horariæ campar.
A. Id dictu, quàm explicatu eſt facilius. Nam
maxime temporis arcanam diviſionem tibi de-
ac Monarchiarum regulatam ſucceſſionem, tu
imprimis Eccleſiæ admirabiles rotulas, temp-
rumque notabilia ſigna, quis tamen auſit magis
illas horas definire, aut quis lynceus poſſit ha-
horariam tabulam diſcernere? Nam ut imperi
oculi ſciotericas lineas fruſtra intuentur, & co-
fuſionem potius quam cœli imaginem judica-
ita quoties Divinas illas lineas varijs tractibus
terreno pariete depictas contemplamur, ha-
quidem fruſtraneas facile agnoſcimus, ſed de-
ne-

:ationis artem, fundamentaque penitus igno-
mus, quod evidenter in ijs videre eſt, qui hujus
orologij explicationem ſive reſolutionem ſunt
onati, quanto ſpiritu quidem multa divinârint,
contrarijs mox eventibus fuerint eluſi. Atque
Chymicis, mihi perſimiles videntur, qui aliqua
aturæ detectione ineſcati, & ſpecioſa ratioci-
ıtione occupati, in fictas aliquas regulas, ſive
hiloſophorum opiniones facile jurant, ac exin-
e ſibi laboris & infamiæ maſſam concoquunt;
a qui harmonicum quid temporis, & ſeculorũ
eprehenderunt, lubrico plærunque innixi, in
niverſum naturæ concentuum anatomiam ex-
ırrunt, & cum præterita vix, nec ſecure ſatis
oſſideant, futura inſigni temeritate prænunci-
nt. Cujus ſi teſtes volueris, perlege aliquos A-
ocalypſeos Joannis commentatores, viros eru-
itos utique & bonos, ſed in re nondum poſſeſſa
imium præcipites. B. Suſpicor quos velis, atque
ırari ſatis non poſſum, cum plærique Scriptu-
e lumen conſenſumque, tum ecſtaticum quen-
am ſpiritum & divinam revelationem jactitent,
ımen & inter ſe diſſentire, & à vero penitus ab-
trare. A. Itaque maneamus in ea ſimplicitate,
uæ jubet Chriſtum ſequi, & orbis regimen Deo
elinquere.

100. *IESVS.*

1. CVm duo ſint Jeſu Chriſti præclariſſima puncta, Sapientiſſima doctrina, & perfe-
tiſſima vita, & vtrumque Eccleſiæ ſuæ propa-
gan-

gandum commiſerit: quid eſt quod in priore tā multi ſtrenue occupentur, & Chriſtianam veritatem deſenſum eant; poſterius plane negligitur, & ſub mundi conſuetudinibus quaſi ſepultum deliteat. Nam cum Chriſtiani aliter, quā univerſus orbis credant, non vivunt tamen aliter. B. Neſcis ſcientiam veri titillare, & primā illam Adami infelicem curioſitatem reſipere: cum obedientia plane carni contraria ſit. Quocunque ergo Chriſtum ſcimus, noſtra velut gloriola eſt; cum imitandus eſt, alienum à nobis, & ſervile credimus. A. Sed illa ipſa ſcientia noſtra varie mixta eſt, & mundanis regulis inquinata, ne Chriſtus nobis inſtar omnium ſit. Vnde haud raro ſuſpicari contingit, ne ſcire quidem nos ſatis Chriſtum, nedum ſequi. Nam ſi primā Eccleſiam intuear, illa nihil fuit niſi congregatio hominum humanis ſcientijs, ſubtilitatibus, artibus, titulis, & differentijs veluti renunciantium, & exinde cum Sathana, mundo, carneq; per varia armorum genera conflictaturorum, ut merito mortalium abſurdiſſimi potuerint dici, & Crucifixo illo plane digni. Nunc quid aliud videmus quàm nomen quidem Chriſtianum, at religionem prophanam, leges Romanas, artes pudendas, mores barbaros eſſe. B. Nunquam ſane rebus à Deo conceſſis utimur, ne aliqui abutatur, itaque ferendum eſt, quicquid hic mundi habet etiam in medio Dei templo imperfectum. A. At nos, mi frater, quibus & hæc diſplicent, impoſturæ multæ patent, vitam ſtudiaq; ita inſtituamus, ut religio nobis nulla ſit niſi pietas

i, leges nullæ quàm charitas Jeſu, medicina ulla præter abſtinentiam Jeſu, eruditio ulla poſt ſimplicitatem Jeſu, mores nulli ubi on humilitas Jeſu, exercitiũ nullum ultra Cruem Jeſu, Societas nulla extra Fraternitatem Jei, finis nullus præterquam æterna cohabitatio Jeſu: ita Jeſus nobis omnia erit in omnibus, quo in uno acquieſcemus.

ADMONITIUNCULA.

Diogenes cuidam Sophiſticis argutationibus colligente, quod haberet cornua, frontem ac temora contrectans, Atqui ego inquit non video. Ita ui Religionem laſam argutantur ob pietatis, & olitiam ob probitatis, ut literaturam ob eruditiis, & humanos ordines ob rationis deſiderium, d quod proh pudor pauci aliqui ſunt auſi, Menippus conſcientiam tangit, & nihil, nihil, *nihil eiuſmodi contrectare ait.*

Deo veritatis & libertatis aſſertori gloria.

VITÆ

VITAE HVMANAE QVERELA.

PHANTASIA, TRISTIS.

P. QVouſque tu tandem in vitam tuam inqui-rendo, te cruciabis, & retinebis miſerum? T. Dum nihil ultra reperiam, cujus me pudeat, pœniteat, tædeat. P. Id eſt nunquam. T. Fortaſſis, & ut res noſtræ ſunt, quotidie deterius habebo. P. Vbi illa Philoſophia tua, vbi ſpes, & ſi hoc verbum ferre potes, jactantia, qua ad bonæ mentis, & tranquillitatis faſtigium contendebas? T. Apage crudelis, quæ mihi poſt laborem tempus, & amicos perditos etiam inſultas. P. Nihil ne ſpei reliquum? T. Nihil. P. Nec Philoſophia ſupereſt, quæ ſalvet? T. Vah! P. Ne mortis exſpectatio ſuſtinet? T. Tarda eſt. P. quid ego tandem dicam, quod tibi ipſi, ac vitæ tuæ inviſus adeo es. cum reliqui jucundam ha[...] vitam experiantur, & ægre hinc abſcedant? T. Aut inſaniunt, aut mentiuntur: fieri namq; non poteſt, vt vere bene habeant. P. Ergo & tu in[...] nito, ut mitius habeas. T. Vellem interdum, ſi me vox illa, quæ ad judicium omnes compel[...] bit, terrefacit, ut vel Democriticum riſum p[...] dam. Onus inſuper, quod ſeculi, quod calumn[...] quod errorum, quod fati mei mala mihi imp[...] nunt, non adeo leve eſt, ut ſub eo exſultem. [...] Equidem, ut ingenue fatear, etſi ſunt quæd[...]

æ adoleſcentem male habere poſſint, videris
hi tamen æquo delicatior, & ab eo, quo te cre-
: ſtare loco, remotior. Sive enim non æqualem
js tuam ſortem, ſive bonorum cum malis in-
:mixtionem, ſive futurorum ſpem, ſive ipſa
verſorum remedia intuear, nihil eſt de quo vel
leas tantopere, vel omnino deſperes. T. Ita tu
dicas inepta, & vitæ meæ neſcia, quæ cum vul-
in externis pendes, & cachinnum vnum atque
erum, amicum congreſſum unum atque alte-
m, libellum unum atque alterum, bolum unũ
que alterum felicitatis, ſapientiæ & ſaturitatis
co habes. Quod reliquum eſt, carnis cum ſpi-
u, opinionis cum ratione, patientiæ cum ad-
rſis, conſcientiæ cum calumnia, laboris cum
rtuna, integritatis cum infidelitate perpetua
lluctamina penitus ignoras. P. Egone hæc
norem? ego non conflictibus interſim? ego
n ipſa fabricem arma? Vah! quaſi non illa cō-
unia ſint, & non regibus tantum, aut ſapienti-
is, ſed plebeculæ etiam moleſta: Nec enim ita
ſaniunt homines, ut non erroribus ſuis inter-
m torqueantur, illos animadvertant, & ad ra-
nem emendatos velint. Sed temporum vio-
ntia tanta eſt, ut abripiantur, nec niſi vitæ ali-
iam voluptatulam ſolatii loco habeant reliquã:
nde illi mihi miſerrimi videntur, qui dum tan-
quanta optant & quærunt, fortaſſe vero no-
s attingere numquam datur, jam velut præſen-
i iactitant, interim verò naſutioribus non niſi
oleſtæ inquiſitionis tentamen, & fruſtrationis
identiam cum riſu patefaciunt. T. Quam ſa-
pis

pis, loquacula? quæ intra horam centies ſenten
tiam mutas. quid habeo; nihil. quid ſcio; nihil. u
bi ſum; in nihilo. anne in nihilo acquieſcam; &
tam prægrandes voces, quibus me olim magiſt
mei impleverunt, determinabuntur in nihilo
Vbi ille microcoſmus; ubi illæ Divinitatis facu
læ, ubi illa naturæ æmulatio; ubi rationis im
perium; ubi virtutis arx; ubi ſcientiarum par
naſſus; ubi rerum harmonia; ubi ſapientis poſ
ſeſſio; ubi aſtrorum dominium, ubi cœlica con
verſatio; quæ ſi omnia vana ſunt, & ad fallendum
olim puero dictata, merito illos, & credulitatem
meam accuſo; ſin vera ſunt, nec hactenus reper
quid vetat me progredi? Nam aut nihil video, at
inter quos vivo, non ſunt tales, nec ibi ſunt, qua
lem & ubi futurum me, ſi eos ſubſequerer, con
ſtantiſſime mihi ſum pollicitus: nunc ubi fidem
illorũ appello, omne torvũ videre, excandeſcere
murmurare: ego quid niſi miſere vivere; P. V
desné vera eſſe, quæ dixi, te aliena, inuſitata, rar
appetere; quæ ſi non contingunt, quid mirari
aut ſuccenſes, cum idē infinitis accidat: Et ſi ne
ſcis, non ſemper eandem viam ſecutus es, quā til
monſtrarunt. T. Hoc unicum bene dixiſti, inf
nitis accidere: hinc infiniti mecum dolent, illis
ſuccenſent, qui veluti impoſtores illi, qui aurum
coquendo ſua alienaq; decoquunt, & pro lapid
bona dilapidant, ita bonum, ac verum quęrend
monſtrandoq; quod boni ac veri in homine eſ
uſque adeo obruunt, ut vix centeſimus iteru
Deo duce emergat: De via vero quod obganni
ipſi prius in vna via conveniant, dein mihi, q

ſtigia illorum hinc inde ſum inſecutus, errorẽ
probrent. P. Qui ſunt illi ductores ſive ſedu-
ctores tui. T. Quid rogitas? Socrates, Plato Ari-
ſtoteles, Pythagoras, Epicurus, Diogenes, Luci-
anus, Seneca, Epictetus, Plutarchus, Xenophon,
Cicero, Homerus, Virgilius, horumq; filij, nepo-
tes, noſtri. P. Nonne audaciæ eſt, tot præclaris
viris maledicere. T. Qui poſſum laudare illos,
cum quod promiſerunt, mihi non præſtiterint:
eruditionem, tandem fatentur nihil ſe ſcire, quã
quod neſciant: famam, eam vix ipſi in tanto con-
flictu honeſtã tuentur: acquieſcentiam, quã ta-
men nondũ definierunt: felicitatẽ; quæ mera in-
ſtatio & patientia eſt: voluptatem, id eſt lęthar-
gum, & ſtuporem: Opes, id eſt ſomnia, & ima-
ginationem: libertatem: quæ in Vtopia eſt: Re-
gnum: quod intra corporis ergaſtulum geritur:
bona denique; quæ extra illum nemo videt,
nemo agnoſcit, nemo vult, nemo cre-
dit, nemo laudat: & ejuſmodi frivola, ac ridicula
ſunt, quibus vita noſtra paulo infelicius, quàm
miſerrimorum, id eſt in vana vanitatis impletio-
ne exagitationeq; abſumitur. P. Iterũ repeto, ſi
ea quę in omniũ manibus poſita ſunt, apperijſſes,
nunquam aberraſſes. T. Quæ ſunt illa? P. Pri-
mum ad locum eum, cui natus es, omnia ac-
commodare, ejus mores, leges, conſuetudines
recte obſervare, candide laudare, fortiter de-
fendere: ordinarios & ſolennes aſcendendi
modos apprehendere, præeuntes ſubſequi: pa-
tronis inſervire, adeſſe, eoſdemque ubique ad-
orare: juventutem tuam ex præfectorum idea
exem-

exemploque formare, repræſentare eos, & qu
cunque diligentia facere propitios: Sententi
illorum, & iudicia amplecti: dubitare de null
credere omnia: diiudicare nihil, accipere omn
reprehendere nihil, admirari omnia: Hæc & ſir
plicitas vera eſt, quæ promotores ubique hab
& via plana, quæ ad ſumma deducit, & ratio
curiſſima, quæ ab inquietudine liberat, & mod
omnium facillimus eſt, qui abſque periculo
ambagibus hominem extra curioſitatis peric
& ingenii defatigationes inſtruit plene, hon
num uſibus accommodat feliciſſime, quietiq
ac tranquillitati reddit certiſſime: Alii vero q
ingenii arrogãtia freti ſibi patroni, ſibi doctor
ſibi explicatores, ſibi defenſores ſemper eſſe v
lunt, poſt infinitos errores, inexplicabiles lab
res, varia pericula, monſtroſa paradoxa, cere
turbines, conſcientiæ vulnera, animi nauſea
corporis debilitatem, hominum odium, & fera
inutilemque, ac moleſtam pœnitentiam, ſi
ſunt exitio aliis exemplo. T Ah quam facile
inſultare miſeris! Equidem ſi forent, qui can
de, conſtanter, & vere præirent, & cum iudic
ingenia tractare poſſent, non multi tantum, ſ
mea opinione univerſus mundus melius hab
ret, & tum quidem accuſationem tuam colla
darem: Cæterum ſi ea quæ vulgo præmonſtra
tur, nec ad perfectionem aliquam, nec inge
elegantiam faciunt, nec etiam uſum tantu
quantum illi declamitant, hominibus adferu
non mirum eſt, eſſe, qui alienas vias tentent: ſ
dolendum potius, multis tam laudabiles & ind
feſſ

(natus fieri infelices. Poſtea ſicut tentationum
t:mentum plures Theologos; Injuſtitiæ vio-
litia plures Iuriſperitos; morborum dolor plu-
r. medicos quærere cogit: ita etiam ignorantię
inquietudinis mala, non in uno aut altero,
æſertim ſi ij parum idonea media adhibeant,
quieſcunt, ſed hinc inde auxiliū quærunt, quod
nen invenire tam eſt difficillimum, quam tu
/eſtigare judicas inglorium: Jam ego non di-
n, quam non omnes qui ſcrupuloſe & ſolicite
ıni ex parte anteceſſores ſuos inſecuti ſunt, fe-
iter vel ambularint, vel metam attigerint, nec
am quàm minuta, levia, & tanto ſive otio, ſive
gotio indigna interdum ſint, quæ præſcribun-
, vt merito ſciendi potius & agendi ſitim, quā
entiarum virtutumq; faſtigium nobiliori in-
nio faciant. Deniq; nec incertitudinem, vili-
emque artium, cujus ipſos artifices admodum
det, quique tantopere occultant, vel etiam cō-
ınem alendi ventris conſpirationem exagita-
, quoniam & difficilimum foret, tam artifici-
ıs larvas deponere & inſignis loquacitatis, tam
quiſita & ſcenica verba repellere, & periculo-
ri, tot in vulgus inviſa arcana ſpargere: ſuffici-
mihi, meliora non ſperare, myſtica illa non at-
gere, humanas ſocietates undiq; evitare, ad
ila quævis firmari, atque ita inter tot corporis
imique impedimenta, vitam infelicem tranſ-
ttere. P. Non deſines ſat ſcio, ſi ego tacuero,
m te in querelas tuas erumpere ſi vero: nempe
ac licentiam ſumis, ut poſtquam in omnibus
infeliciter voluтâſti, nec vel guſtum interio-
I rem

rem, vel uſum veriorem ſingulorum impetraſſ nunc externa rerum, atq; adeo cortices inſectei velisq; tanquam rerum exacte peritus, imprud tioribus fucum facere, ut ſc. tuo exemplo titulo honores, opes, literas, artes negligant, & ſolit rium, imperitum, ſtupidum, & ſi ita omnino vi ſanctulum quid ſectentur. T. Quid vis me fac re? hominum vitas imitari? illos vanitatis, tu bulentiæ, ambitionis, iræ, avaritiæ præcurſore æſtimatores, adminiſtros: Studia affectare? il dubitationum, diſputationum, conflictationum inſectationum, encomiorum, amplificationum impoſturarum, mendaciorum, nugarum, pla ſtra: munus inire? id eſt cum imperitia, iniquit te, malitia, ingratitudine hominum, cum viole tia, injuria, & periodis temporũ, cum imbecillit te, errore, pudore, & tædio ſui ipſius certame otium quærere? ſive animæ læthargum, corpo ſepulcrum, vitiorum fomitem, virtutis rubigin Heu mihi! quid aliud agam? quàm vitam viva quotidianam? errores feram quotidianos? adve ſa experiar quotidiana? bona apprehendam qu tidiana? rebus utar quotidianis? & in illa perp tua boni maliq; viciſſitudine, non quod ſapient jactant, immotus ſtem, ſed vna jacter, fluctuer & innatem, lętus nunc, mox triſtis, nunc ſperan paulò pòſt diffidens, patiens hodie, cras ejulan ut & corpore nunc tremens, nunc ſudans, nu pallens, nunc rubens, currens nunc, & mox cla dicans? Sic puto: nec nimium abjiciam terra hanc, nec diligam nimium, ſed externis malis animum habebo parem, atq; ſimilem, qui, velu

ſſ

:culum, referet omnes ſive atros, ſive albos di-
, & hac ſua accommodatione melius, fortaſſe,
ám ſub ſapientiæ imaginario jugo eſt habitu-
;. P. Duo ſunt in quib. inſigniter erras: Vnum
od omnes bene vivendi modos tentaſſe judi-
;; Alterum, quod ne minimis quidem & con-
:tis officijs homines tibi conciliare ſtudes Nã
rimum multis, poſt multorũ annorũ labores,
varias fortunę iactationes, poſt miſerrima ſer-
:a, atque adeo plæriſque eorum in ſenio con-
it, vt commode haberent, ac requieſcerent fe-
iter, quid tu de te cogitabis, qui nec eminus
tunæ malitiam es intuitus? crede mihi quot
ni, & annorum dies, & dierum horæ, atq; hora-
m momenta tibi ſuperſunt, tot ſunt fortunæ
narum, inſidiarumq; reliquiæ: inter minuta a-
ıentorum, matrimonij, familiæ, liberorum,
ıctionum, amicorum, litium incommoda: In-
majora, morborum, ſenectutis, calumniarum,
oti vitatũ, exiliorum, caſuũ examina: inter ma-
nos cladiũ, hoſtium, hæreſeωn, tyrannorũ tor-
ıtes, quibus, velis nolis, intereris, & cum accõ-
odare te volueris maximè, tũ habebis peſſime,
c niſi reliquorũ more atq; modo inter ea verſe-
, erit quicquam quod turpem ruinam tuam im-
diat. quin temporis tui incõmoda exquiſitiſſi-
ı etiã evitandorum malorum remedia eludant.
inc illud ſecundum tuum erratum emendan-
m tibi omnino erit, vt qui vnus tot adverſis nõ
fficis, poſthac quam plurimos habeas, & inge-
, & ſtudiorum, & morum, & voluntatis, ac to-
is vitæ ſocios, eoſque omni officiorum, vo-
·I 2 lun-

luntatiſque implendæ generibus demerearis, n
preꝑoſtera quadam ſingularitate illis juſtam irr
iionem, tibi laborioſam & cathenatam miſeria
facias. T. Sic eſt, uti dudum dixi, tu homine
felices, eruditos, ac bonos credis, in quo turpiſſ
me falleris: quicquid undique ſimulant, & te
gunt, miſeri ſunt, nec illos vel aurum & purpur
vel palatium, vel tituli laxitudo ita obvoluit, qui
per minuta foramina introſpiciamus: Neſci
vero eos, quid opus eſt probare? Cum ipſi inge
nuè fateantur, & morituri ad longe alia, qua
quæ olim detonârunt, confugiant: Denique q
bonos credam, cum pauperiem commendan
opes quærant, amorem laudando, odia exerc
ant, literulas docendo ſapientiam jactant, omn
contemplando ſe ipſos non videant, humanit
tem profitendo, hominum ſint faſtuoſiſſimi: a
tiquitatis virtutes recitando, hodiernas inſecte
tur: denique nugas in omni vita tractando h
minum velint eſſe nobiliſſimi, optimi, utiliſſim
Ego vero, ſi neſcis, non quæro quid aliis de m
videtur, aut quid poſt me jactent homines, ſ
ut vere vel via monſtretur, qua quam perfectiſſ
me huic ego me vitæ, his temporibus, his hom
nibus, atque omnino quicquid uſpiam vel nat
ra vel fortuna meditantur, accommodare po
ſim. Vnde tu me fruſtra ad illos remittis, quos
go mihi toties ſum infideles ſimul & pernicioſo
expertus, quib. ego me non minus invitus con
mendo quam illi recipiunt, hominibus, cerebi
turgidis, manibus tenacibus, cordibus lapide
moribus fictis, operibus pictis. P. Dic mihi,
arb

bitrio vitam fingere tibi, & eligere amicos liceat: anne terram talia habere credas, quæ tibi ſufficiant? Nam ſi inquietudinem tuam ſemper cõſulas, quid erit tandem, quod reprehendi, vel imperfectionis accuſari non poſſit? T. Quid terra habeat, neſcio, certe miſerum eſt homines in hac mundi fabula omnes eſſe perſonatos nec audere unquam alteri internos æſtus, & mentis conſtamina aperire, neminem ſuam ignorantiam animi errores plene detegere, neminem affectuum deſideria, rationis dubia, ſententiæ diuerſitatem, judicij mutabilitatem, vitæ dolores reuelare: Ita feliciotis vitæ electio difficilis, amicorum ſelectio pene impoſſibilis eſt. Quouſque enim nos noſtri imperium, noſtri agnitionem, noſtri formationem & ad omnia, quæcunq; homini contingunt felicitatis impedimenta, æquilibrium non impetrabimus, vanum eſt id de alijs ſperare, aut ſolidi quicquam ab alijs expectare. Vide quàm ineptias, quàm titubes? Hominum opem imploras, & auxiliari eoſdem non ſe conquereris; impedimentis quietis iraſceris & vim nullam opponi vis; ignorantiam accuſas, & doceri non pateris; ſecuritatem optas, cum denſiſſimis turbinibus confligis; mundũ odio habes, & familiaritatem ejus appetis: acquieſcere deſideras, & præſentia bona, ac ipſam vitam toties commutas. Nunc ultra humanum quid expetiſcis? Anné hominem eſſe dolet? anné mortalem, viſibilem, tactilem, eſurientem, ſitientem, dormientem, ægrotantem, egentem? doles? non omnes te amare, tecum ſentire, te lau-

dare, te recreare, te erudire? doletné non omn
ſcire, non omnia poſſidere, non omnia intuer
non omnia perficere? doletné volare, natare,
terra vel igne vivere non poſſe? & quæ ſunt al
humanæ curioſitatis monſtra Homuncio: ſi ha
vita diſplicet, abi; nam mori quando volueris l
cebit, ſin communẽ reliquorum ſortem, ac pl
riſq; tolerabiliorem perferre lubet, uti id te dece
potius patientia & præclaris vitę ſolaminibus o
ſſima, quam querelis crucia Imo ex ſing
lis, & malis etiam utilitatem cape, quod face
promptum eſt. T. Quæ hæc acerbitas verbor
Facere jubes, nec facienda monſtras; abire jub
nec viam dirigis; errores exprobras, nec meli
tradis; terræ committis, & infidelem agnoſc
ſocietatem ſuades, nec cujus doces. Quid fa
am ſi ſemper quærendo, ſemper ſperando, ſe
per tentando, ſemper diſcendo ita conſeneſca
ita immoriar, & vana omnia ſint? nunquam
habebo hujus vitæ uſum, voluptatem nunqua
& miſeriam meam niſi mors miſera terminab
P. Tu videris: mihi quidem, ut tibi ſatisfacia
integrum non eſt, ut corrigam impoſſibile, ca
tam turbidum: ſi nec mundus, nec homines r
ſtudia, nec artes, nec politia, nec opera, nec vi
nec mors tibi placent, ego ſane extra hoc univ
ſum nihil habeo, quod tibi commendem. T. I
né deſeris? P. Equidem. T. Noli amica, erit
taſie aliquid quod tandem placeat. P Scilicet
jus nec ego nec tu ipſe nomen invenïemus: Mu
dus ſine creaturis, tempus ſine viciſſitudine, l
num ſine contrario, verum ſine dubio, homo

t vitijs; corpus ſine morbis T. Fatebor tibi;
o acquieſcerem, niſi infeliciora metuerem: jam
em, quod miſerrimum eſt, nondum vivere in-
oi, & hæc vitæ meæ elementa tam acerba mihi
it, ut in herba propemodum inareſcam. P. Erit
m hæc & alia ridebis; erit cum iraſceris tibi,
i fortunæ & ætatis florem defleveris; erit cum
lurata quaſi cute, etiam Patientiæ habebis ju-
ndam conſuetudinem. T. Fiat quod futurum
, cum bono Deo; fortaſſis propinquior eſt
rs, quam ut metuere mihi tantopere ſit neceſ-
P. Tu nunc timori inepto oblivionem indu-
o; cæterum de ijs quæ mecum loquutus hacte-
nus es, apud Rationem accuſaberis. T. Vale.
P. Vive.

INSTITVTIO MAGICA PRO CVRIOSIS.

CVRIOSVS ET CHRISTIANVS.

Cur. QVid ita ſolus Chriſtiane? Chr. Ita ſo-leo: ſed qui ſolus ſim? mecum eg ſum, & hi conſiliarij mei mecum. Cur. Forta ſis ego diſturbavi tuos conſiliarios meō adven tu, ut evanuerint? C. Imo hîc ſunt: hîc Senec Tacitus, Thuanus, Zuuingerus, Henningiu Mercator: visné plures tibi nominem? Cur. Sa tis eſt: tu vero quid agis? C. Id, quod vides ichnographias Tabernaculi Moyſes, Arcæ No hæ, & Templi Salomonis, uti eas hic Montan meus habet, ad ſcripturæ textum examina Cur. Ridiculum hominem! Quid tua inte eſt, ſcire ſtructuram vel Tabernaculi, vel Tem pli, quæ omnia ad Religionem noſtram nih conferunt, niſi ut prodas, ingenium tuum quà ſit ad monſtroſa quæque, & inſolita proclive. C Nonné potius cogitandum erat, an ſyllaba re deret, an tu eſſes Caſeum, an quod amiſiſſes ha beres? & quæ alia ſunt ſubtilia. Sed dic mih ſi Princeps noſter vndique convocaret archit ctos præcellentiſſimos, velletque eos de arte ſi ceitare, ſumptibus liberaliſſime collatis, nonn operæ pretium eſſet, nos illuc ire, & ſingulorum opera inſpicere, tum ſingula exquiſitiſſime rima ri, quo fine, vel arte hæc, aut illa facta ſint

Cu

ur. Non dubito. C. Jam ſi Deus etiam
·llet aliquid apponere, anne quicquam in ejus
›ere eſſet fruſtraneum? Cur. Quis hæc dicat?
. Atqui Deus in fabricandis Arca, & Taberna-
ılo non voluit homines tantum conſervare, &
ederis tabulis tectum extruere, ſed futurorum,
eſſięque mittendi umbram exhibere ſapientiſ-
ne. Scis autem, umbram omnia corporis ma-
ra, ſive expanſa membra repræſentare. Cur.
d tu videris mihi in numeris, in longitudine,
t latitudine aliquid myſtici quærere, ſcilicet ita
ggerente tibi tuo. C. Quid voluiſti dicere?
ur. Tuis illis conſiliarijs. C. Fortaſſis non uſ-
ıe adeo inique. Ego vero mirari ſatis non poſ-
m, cur noſtro ſeculo, quod feliciſſimum, & e-
ıditum perpetuo audit, pauci admodum ſint,
ıi creatoris ſapientiam in creaturis, & hujus
m admirandæ machinæ ſtructura rimentur, uti
ıulo ante ejus initium fecerunt Picus Mirandu-
, Reuchlinus, Cardanus, & alij. Cur. Modò
ihi ſpirituum neminem nomina. C. Itane
ec nomina tibi inaudita ſunt? Cur. Quidni
ıt? Fonſecam, Pacium, Conimbricenſe Col-
gium nominare poſſum. C. Egregii autores
nt, ſed ego tibi uno halitu efflarem centū ejus
odi nomina, nec unum Spirituum admiſcerem.
ur. Vellem tentares: nec enim dubito, quin
: illa occulta Philoſophia tua unus, atque al-
r in buccam tibi venturus ſit. C. Quæſo te,
ıde occaſionem ſumis, ut ſpirituum nomine
rmones meos interrumpas? Cur. Vnde ſume-
m niſi unde etiam alii? C. Sed illi alii unde

ſumunt? Cur. Laudibus tuis vis te titillem? Q
cunq; tecum converſantur, ajunt te omnia ſci
præterita, præſentia, futura. C. Mene? Ha ha h
Cur. Tum cogitationes etiam hominum, & a
cana ipſorum aperire. C. Ha ha he! Cur. Etia
ubiq; locorum fuiſſe, in Anglia, Gallia, Italia
jam Turcia. C. Ha ha he! Cur. Opificum etia
labores examinare poſſe, ut illi obſtupeſcant.
Nihil amplius? Cur. De quocunq; ſtudio, aut
cultate ſermo indicat, ibi te eſſe exercitatiſſimu
C. Etiam illud? Cur. Seria, & ludicra omnia n
ſe. C. Egregium. Cur. Et quæ ſumma rei, in
unum aut alterum, annum, hæc omnia adeptu
eſſe. C. Non etiam aurum conflare, & perpetua
flammam alere poſſe? Cur. Hæc ſub priorib
comprehunduntur. C. Etiam aureum ſeculu
ſperare? Cur. Imo, & diſcipulos inuſita
forma inſtituere. C. Magnus ſum, ſi ita eſt, ut
cis. Cur Et artem notoriam habere. C. Oro te
mice, fingisné hæc ex te, an tecum plures inſar
unt? Cur. Peream niſi hoc eſt vnanime vulgi
te judicium, & maioris nominis viros etiam o
cupauit. C. Sed quem me credunt eſſe, aut qua
te hæc aſſecutum? nempe Notoria. Cu. Imo al
C Quæ hæc? Cu. Non ſuccenſebis mihi, ſi dixe
C. Imo ſi non dixeris, ſuccenſebo. Cu. Omnes
eo conſentiunt, te eſſe Magum. C. Ambitioſu
nomen eſt Magi: Tu vero fortaſſis necromant
cum intelligis Cu. De diſtinctione mihi non c
ſtat, ſed eum ego intelligo, qui Spirituũ famili
ritate, & famulitio ad res magnas, mirandaſq; u
tur. C. Ego aliter definirem necromanticum; ſ

1age, an credis me hæc poſſe, quæ dixiſti? Cur.
)uidni credam multitudini? C. Anne egregia ea
dicas & ad humanam ſocietatem utilia, quæ di-
tis me poſſe? Cur. Omni laude, & fama digniſſi-
aeſſent, niſi! C. Quidniſi: Decet te eloqui a-
d amicum, quæ ſentis. Cur. Puto Deum hanc
am non inſtituiſſe, ut ſubito eruditi reddamur,
d diligentia, & laboribus noſtris hæc paranda
ſe. C. Bene dicis: verum, ſi qua ars eſſet, eaq; nec
ohibita, nec difficilis, qua impetrare ea poſſe-
us, quæ iam ante dixiſti, nonne rei literariæ, &
ıblicæ conſultum eſſet. Cur. Vtique: tum ego
cerem felix noſtrum ſeculum eſſe. C. Vidiſtiné
quando ingentia pondera per machinas attol-
ıullo labore, quod centum homines alioquin
ıſtra conati eſſent. Cur. Poſſum coniicere. C.
:l in ſtatera vidiſtiné, quàm una uncia ab æ-
ilibrij centro remota aliquot libras æquilibra-
poſſit. Cur. Puto me aliquando vidiſſe. C. Sed
:elligisné nunc, quàm non ſemper virium ſit
ıgnum aliquid præſtare, ſed artis interdum, ſi-
ingenii. Cur. Non ſatis hæc capio. C. Dic
hi, quot anni impendendi ſunt ſtudio Philo-
ɔhico, vel Medico, vel Iuriſprudentiæ. Cur.
ılosophia duobus vel tribus, reliquarum facul-
:um cognitio ſexennio conſtat. C. De Philoſo-
iæ complemento ego admodum dubito, ſed
ttamus hæc. Vidiſtiné autem, intra ſexenniũ
quem exquiſitiſſimum, vel Juris, vel Medici-
: ſcientiam aſſecutum. Cur. Atq; plurimos,
pote quibus ſupremi honores collati ſunt. C.
ne: An v. illos ipſos nunquã vidiſti otioſos, aut

 alus

aliis negotiis deditos; ſcilicet bis mille centum & nonaginta dies his ſtudiis dederunt? Cur. Ne ſcio an me rideas. C. Noli iraſci; ſed dic, ſi no ctes etiam voluiſſent diebus addere, nonne tri ennio, id eſt mille nonaginta quinque cœ revolutionibus completus eſſet hic labor? Cu Et quid tandem ſomno dabitur, quid ventri valetudini curandis, quid honeſtæ recreatior quid amicorum confabulationibus? C. Don bo tibi hoc nomine annum, vel etiam ſeſqu annum, verùm quadriennio, aut dimidio po anno exactiſſimus mihi ſis Medicus, vel Juri peritus. Cur. Illud difficile non eſt: Scio eni à multis, non ſingulis ſeptimanis, ſed vix menſ bus ſingulis, diem unum atque alterum ſt ſtudiis dari, nec poſt ſexennium deeſſe, quod impetrandos ſummos, & ſplendidiſſimos tit los conferat. C. Laudo confeſſionem tuam, ſi illud cogita, ſi ſingulis ſeptimanis diem int grum his ſtudiis dederis, poſt ſex annos eme gunt tibi trecenti duodecim dies, ſcilicet eiu modi tempus, quod homo diligens ac ſedulu quique ſomno nonnihil detrahere cogitat, v pro anni dimidio accipiat. Itaque ſex tui a ni ad unum, ut mitiſſime dicam, annum contr cti ſunt. Cur. Miſeret me huius ſexennii. C. P tius huius miſereatur, ita nobis effluere, ita n prodigos temporis eſſe, ut ſi omnia acta fact que noſtra vtilia cum ætate conferamus, v tantum, quantum luſibus, & ludicris datur, i periamus. Cur. Viciſti me, Mage. C. Jam an dixi tibi, nimium glorioſum hoc nomen eſ

c

ic me necromanticum, id enim tali, qualem tu
aſpicaris conuenit. Cur. Auſimne ego à te ali-
uid petere? C. Petere tibi, mihi dare inte-
rum eſt. Cur. Oro te per amicitiam tuam,
icas mihi, an tanta atque admiranda illa ingenij
elicitate, an vero per artem aliquam aſſecutus
s? C. Quæ illa? Cu. Quaſi repetere opus ſit,
rum infinitatum, atque adeo omnium ſcientiã.
C. Vide ne fallaris, quod tu quæris, nec hîc eſt,
ec fortâſſis in ullo homine. Cur. Non ſic mi-
i effugies; dic mihi quæcunque tandem habes,
nde, & quomodo acquiſiveris? C. Expedita re-
ponſio: à præceptoribus meis habeo, atque ijſ-
em, quos tu etiam habuiſti, aut habiturus es.
Cur. Poſſumne ego precibus à te impetrare, ut
hãc artem mecum communices, qua ad illud fa-
ſtigium, de quo hominum ſermones ſunt, aſcẽ-
liſti? Nec enim credo tibi, hæc ex lectionibus te
didiciſſe, in quibus te rarius, quam alios conſpi-
amur. C. Expugnas me, ut aperiendum tibi
utem, quod hactenus memini notum fuit, ne
fratribus, quidem meis. Cur. Sic places. C. Sed
uſimne tibi concredere arcana mea, ne in vulg⁹
veniant? Cur. En tibi dexteram meam. C. Vide
tiam atque etiam vide, quo me deducas; capita-
is enim necromantia eſt. Cur. Concrede te
idei meæ, quam ſi fefellero, tum me ſupremus
Deus. C. Noli dejerare, non fero; ego autem nõ
urato credã tibi: ſed dic mihi, es ne Magiæ meæ
cupidus? Cur. Sum cupidiſſimus, dum integra
conſcientia illa exerceri poſſit. C. Tam profe-
cto, quam ſi ipſa Biblia tractes. Cur. Stupe-
I 7 ſco,

ſco,qualis tandem illa Magia futura ſit. C. Iai audies. Primum puto te ſcire, omnium noſtror conatuum, & negotiorum optimum, & certiſſi mum fundamentum eſſe Deum. Cur. Euge, e gregie,quam gaudeo, non Dæmonem aliquer eſſe. C. Et illum uti ſemper,ita in arduis negotij ardentiſſime invocandum. Cur. Bene. C. Nun cum omnino maximi momenti ſit, Magum, ſiv ſapientem fieri, indeſinenter ille in auxilium vo candus eſt. Cur. Optime. C. Scribe ergo hi in principio chartæ tuæ: Invocatio divina. Cur Scripſi. C. Iam examina te, an ingenio ſis natu terreo, an aëreo, an aqueo, an igneo. Cur. Hę nova mihi ſunt. C. Explicabo tibi. Illi qui literi admoventur, an omnes ſunt ingenioſiores reli quis mortalium? Cu. Vix auſim dicere. C. A oportebat ita diſtribui: ut qui ingenio Reipublicæ ſervire velint, ingenio maxime valeant: qu laboribus, viribus præcellant. Cur. Pace tu dixerim: Non videris mihi, de Academica vit bene judicare. Quid enim artes, aut facultates aliud ſunt, quàm divitum ornamenta, pauperum vero alimenta, ſc. ut opulentis, ſi non omnem ætatem, certe juventutis annos quam maxime hilares, & jocularios faciant, egentibus ad certam, & commodam vitæ ſuſtentationem viam parent. C. Ita fit, amice, ſed quam vellem aliter fieret. Tu vero ſcito, ſi qua hic mea authoritas eſt, neminem me ad Magicam inſtitutionem recipere, niſi ingenioſum. Cur. Adſcribam ergo, quid? C. Scribe; Ingenio an valeas, inquire; ſi non inge-

ngenio,ſaltem diligentia. Cur. Cur illud poſte-
ius? C. Nempe,quoniam ſedulitas incredibilia
præſtat,ſi conſtantia adſit: adeo,ut non raro in-
genioſiſſimum oſcitantem a tardiore laborioſo
uperatum deprehenſum ſit. Cur. Acquieſco;
ed perge,nondum enim arcana illa tua introſpi-
io. C. Nimium properas;an neſcis,incertum ad-
huc eſſe,num his ſacris initiari velis? Cur. Quid
ncertum, non ſatis eſt, quod de mea cupiditate
am ante teſtatus ſum? C. Neſcis tu, amice ad-
huc alias leges, & requiſita eſſe, ad quæ te ſalutis,
& vitæ periculo adſtringere neceſſe eſt, ante-
quam tibi pareant mea, & ſapientiæ adyta. Cur.
Totus tremo. C. Quid tremis meticuloſe,
nihil exigam, niſi, quæ Deus jubet, & ſeveriſſi-
me præcipit. Cur. Sine audiam illa. C. Primum
vide ne nomen Domini ullo modo blaſphemes,
ut ullo juramento temere aſſueſcas: deinde à
mulierum,aut virginum indecente amore peni-
us abſtineas: poſtea non ab ebrietate tantum
abhorreas,ſed moderate etiam victu utaris: de-
ique omnium ſocietatem pravam, & quæ ſtudi-
s tuis nihil confert, devites. Quæ ſi non exqui-
itiſſime obſervaveris, quam primum unicum
ranſgreſſus fueris,tum te malus. Cur. Compri-
me imprecationes, dum me prius audiveris. C.
Libenter Cur Quid ſi per errorem fortaſſis jura-
mentum excidat: ſi amor fortaſſis honeſtus ſub-
repat: ſi imprudens nimium vini ſumam: ſi de ſo-
iorum ingenijs non bene judicem, an pereun-
dum mihi erit? C. Quæſo te, vide mecum, an hic
aliquid periculi ſubſit? Si quis auri ſummam det
tibi,

tibi, ne Turcici Imperatoris nomen creberrin
pronuncies, nonne abſtineres? Cut. Non pu
difficile. C. Quæ vero neceſſitas cogit, ut ſi
gulis ſermonis tui periodis juramentum adm
ſceas, quod tamen orationem potius deforma
quam ornat? Cur. Ita vulgo fit. C. Atqui put
bam me Magiæ diſcipulum habere, quem opo
tet vulgo eſſe diſſimilem. Cu. Vereor ut deſu
ſcere poſſim. C. Iam alteram legem inſpice. Vid
ſtine eos, qui matrimonium ad vitæ dies ejurat
Monachos intelligo? & credibile eſt à multis
obſervari religioſiſſime. Cur. Valeant Mon
chi, laſcivum pecus. C. Sed vidiſti tamen, qu
ſuis amaſijs abierunt in procul remotas terras,
abfuerunt aliquot annis, anne eorum fortituc
nem poſſes imitari? Cur. Sc. neceſſitati ab ill
parendum erat, quid ſi amores mei in propinqu
ſint? C. Igitur ab ijs tolerantiam mutua, quib
ob nondum abſoluta ſtudia, aut nondum imp
tratam publicam functionem nubere non lice
Cur. Perge ad tertium præceptum C. Temp
rantię eſt, ad quam quid te aliud invitabit, qua
corporis tui valetudo? Cur. Sed prohibes,
interdum inebrier, neque in amicorum gratiar
C. Magnam inſaniam! cui ſi non præfers Mag
amorem, indignus hac ſchola es. Cur. Dur
es: de pravo ſodalitio non auſim interpellare: a
ſtinebo ab eo, quantum poſſum, tu modo tran
greſſionis pœnam mitiga. C. At nondum conſ
tui. Cur. Sed videbaris neſcio quid mina
C. Age, mitigabo: Elige tibi in ſingulas tran
greſſiones pœnam vel fuſtuariam, vel pecuni
riar

am. Cur. Et quis me deferet? C. Conſcien-
a tua, qua hanc ſpontaneam pœnam Deo de-
ovebis, etſi mihi artes non deerunt, quibus re-
iſcam. Cur. Id ajunt homines, & diſcipuli
onqueruntur: ſed quæ illa pæna erit? C. Elige
tius. Cur. Pecuniariam eligo: humeri enim
d verbera minores ſunt. C. Itaq; conſtituo, ut
uotieſcunque blaſphemaveris bacios quatuor:
uoties amoribus tractus; bacios tres: quoties
itemperanter vixeris bacios duos: quoties de-
ique in impium ſocium incideris, bacium unũ
endas, inferaſque optima fide in ærarium pau-
erum. Cur. Hui nimium eſt! C. Nimium?
ic mihi quoties florenum unum, atque alte-
um ſympoſij nomine reliquiſti hic, illic, alibi?
ur. Sæpius. C. Et puellis an nihil munuſculo-
um dediſti? Cur. Tace. C. Tum amici improbi
uantum nocuerunt tibi? Cur. Immodicum.
. Dic mihi, an nunquam altercatus es cum ali-
uo, & injuria eum affeciſti? Cur. Fatendum eſt.
. Quantum ibi pœnæ dediſti? Cur. Florenos
es. C. Deum vero blaſphemijs, injuria afficere.
n minus peccatum? Cur. Accipe manum me-
m, dextram meam, qua me ad illa capita ad-
ringo. C. Non mihi fidem dabis, ſed Deo ulto-
, vindici, cujus ſervis, vel filijs potius, pauperi-
us eam pœnam debes. Cur. Adjuro Deum,
bſervaturum me illas leges exactiſſimè, pœnas
tiam tranſgreſſionis daturum fideliſſimè. C.
Nunc conſigna illa præcepta in chartam. Cur.
d facio, atque ita. Leges Magiæ quatuor.. 1. Ne
lejerabis. 2. Ne amabis. 3. Ne inebriaberis. 4. Ne

ma-

malis ſociaberis. C Sine ita ſit;ſatis eſt nobis in-
terpretationem relinqui. Cu. Nunc video, ho-
mines recte collegiſſe, quoniam ex hac legum
obſervantia rigidiſſima Magum te deprehende-
runt. C. Vtinam, eas perpetuo obſervaſſem! ſe
quando illis ita videtur,age demus eis: Tu ver
etiam clavem annota, qua Magiæ ſacrarium a-
peritur, & recluditur ſilentium. Cur. De ho
ſecurus ſis, inter nos hæc myſtica ſunto, nemin
præterea admiſſo. C. Sed nota tamen. Cu
Feci. C. Videsne ergo requiſita Dei ad ſum-
mam felicitatem, ſummam ſcientiam, non di-
ficiliora eſſe, quam ſunt aut Sathanæ,aut Mun-
di? Cur. Video nonnihil. C. Vt clarius v-
deas,an neſcis, quam Sathan ſuis intolerabi-
imponat? ſcilicet multos annos ſilere, ab hom-
num ſocietate in cavernas, aut ſylvas abire,quo-
tidie vapulare, vel inter vulgaria noſtra, per cu-
pulam, & libidinem articulares cruciatus con-
trahere. & tamen obſequentiſſimos habet: tu
quam dura,& miſera audivimus,multis ab an-
ſijs ſuis injuncta,quæ inepti pertulerunt? De-
autem non habeat, qui aliquid in ſe recipia
taleque, quod vitam jucundam, & quiet
reddat? Cur. Iam plane intelligo. C. Te-
pus eſt, ut te intromittam, ſi unicum adh-
quæſivero. Aſſuetusne es lucubrationibu?
Cur. Annon dies ſufficit laboribus, etiam n
impendenda eſt? C. neſcis illud ꝑ Ma-
rum operationes nocte plærunque fieri. C.
Scio, ſed hinc nonnihil ſuſpecta Magia eſt, t-
quam quæ Solis aſpectum fugiat. C. Ego u-
cta

tabilior ſum, idque dabo, tantundem eſſe, ſive e die, ſive noctu ſtudijs operam des, dummodo ominum interventu, aut clamoribus non turetis, tametſi philoſophis videtur, noctem maime favere ſtudijs, cum aër à turbis hominum naxime libereſt. Cur. Melanchthon hacteus mihi arriſit, claudendos oculos cum natura, c cum eadem aperiendos: Solem innuens. Etſi ateor, ſæpiſſime me claudendo antevertiſſe nauram, aperiendo longe ſecutum eſſe. C Si Melanthonem exacte ſequeris, non diſplicet onſilium. Cur. Te vero, ajunt, in profuniiſſimam noctem lucubrari, idquod te etiam rodidit. C. Ridiculum! ſed tu accede, & feicibus auſpicijs ingredere Magiæ templum. Cur. Paratus ſum C. An nunquam audiviti de Æſculapij templo? Cur. Nunquam. C. n eo ajunt, deſcripta fuiſſe univerſæ medicinæ præcepta ad parietes: Hippocratem vero clam ngreſſum, tranſſcripſiſſe ea omnia; & hinc illi, itque nobis Medicina Cur Quid inde? C. idem tibi imaginare de Magiæ templo, illud conſtare infinitis rerum naturalium picturis, ſed pauciſſimis præceptis Cur. Fallor, an tu me in pictoris alicujus officinam deducis? C. Idem Deus facit: qui nos in hoc ſuo theatro, meris picturis, ſtatuis, & imaginibus erudit; magnis ſcilicet illis characteribus, quibus conſcriptum eſſe Librum Naturæ, ſapientes dicunt. Cu Vere hic caligo, veluti in tenebroſiſſimis adytis. C. At ego faces tibi accendam, ut acutiſſime cernas imagines, picturas, & ſimulachra hujus templi.

Prima

Prima fax eſt, admiranda Dei providentia, qu
per omnia Mundi Imperia, Eccleſiæ curſum, &
cunctas hominum actiones tranſit. Nonne hi
cernis Imperia oriri, occidere, alia ſuccedere, &
interire iterum? Eccleſiam, velut Lunam, nun
pleno orbe fulgere, nunc cornua tantum oſten
dere, interdum obſcurationem pati? homin
huc illuc ad certa officia, & obeunda theatral
mundi munera vocari, ſuperbos deprimi, hum
les erigi? Nunc alteram facem accendo, Civil
ſocietatis; Vbi vidéſne quam infinitis modis ho
mines inter ſe vivant, ſibi invicem imperent, ſe
ſe alant, quam miſerrime, & inviti intereant? Ad
do tertiam facem, Mundi anatomiam: quæ pra
lucet tibi ad examinandam totius ſtructuræ pa
titionem, tum ſingulorum membrorum vire
qualitates, motus, animalium, mineralium, me
tallorum, ſtirpium proprietates, atque omnin
ad ornandum, juvandum hominem conſpira
tionem, creaturarum omnium ſymmetriam C
Infelicem me! C. Quid ita? Cur. Nihil v
deo; centum licet accendas faces, nihil video. C
Agnoſco errorem meum: Nondum in hanc i
teriorem partem intromittendus mihi eras. R
grediamur in atrium: ut enim qui longis teneb
detenti ſunt, ad ſolis jubar excœcātur, ita tibi a
cidit. Sed age, dic mihi, quo fine duceris in ſt
dijs? Cur. Noli quærere, res anguſta mi
domi eſt, ei malo occurrendum: ex ſtudijs qu
ro unde me alam. C. Si quid utile Reipu
optari poſſet, optandum foret, literę non alere
homines, vel paucos. Cur. Reſorbe hanc v
cei

em, ac vide, ne unquam poſthac tibi excidat: uæ hæc injuria eſt Academiæ noſtræ illatā, q̄ idicii de bonis literis iniquitas? C. Bona vera! dubitaſne hanc vocem ad ipſius Philoſophiæ ibunal defendi poſſe? Cur. Si ita perrexes, brevi abſurditatum ſtruem comportabis. C. Ionne indignum eſt, multis non ad vitam tanim honeſte degendam, ſed otioſe, etiam, & luurioſe tranſigēdam, ſumptus liberaliſſime ſubiiniſtrari: quoniam latinæ linguæ modice periſunt, & Naturalium, aut forenſium rerum, vel eligionis etiam capitum exiguam peritiam haent, de cætero Reipublicæ inutiles, atque etiam raves: nam id hominum genus otio, & delitiis ſuetum, nunquam ad labores retrahendum eſt; unquam aliorum labores temperanter abſuiat, perſuadendum. Cur. Tu videris, quid cas, ego non ſatis capio. C. Mittam ergo os, & ex te quæro, an ita vixeris, ut tua perſona eſp. niſi malo ſuo, carere non potuerit, aut de cogites, ut ea magnum aliquod emolumentū te expectet? Cur. Itane me adoriris? C. ic etiam, an inveneris aliquid, vel rarum, vel triæ neceſſarium, vel honorificum eidem ſalm? Cur. Pete hæc ab opificibus, architeis, & hoc hominum genere. C. Videris ero fateri, inter opifices eſſe, qui patriæ tuæ plus nferre poſſint, quam tu ipſe: Atqui ſi prius ex quæſiviſſem, quid mundus precioſſimum haret, dixiſſes, ſtudioſum. Cur. Et merito. .Fortaſſis merito: ſed qui tibi, aut tui ſimilibus, que adeo mihi, diſſimilimus. Cur. Quid hoc

eſt, provoco ad depoſitionem meam, & ſtudi
ſorum privilegia, ab Imperatoribus ipſis, tanq
hominum generi nobiliſſimo conceſſa: deniq
ad tot eruditiſſimorum famam, qua mundum
niuerſum illuſtrant. C. Nimium efferveſci
primum ſcito, ingentem eſſe eruditionis uſur
qua humana ſocietas ad infinita bona, comm
daque uti poteſt, ſed ejuſdem etiam intereſſe
tot otioſi, & imperiti ad hoc nominis faſtigiu
admittantur, atque hinc, ex publico quaſi, ala
rur: poſtea cogita, ſi cum opificibus etiam,
plebeis illa rerum naturalium generalis ſcienti
aut Latinæ linguæ cognitio communicaretu
quod fieri fortaſſis non inconvenienter poſſ
an propterea artes ipſorum abjiciendæ eſſent,
libertas, ſive otium publicum iis donandu
denique confer hæc, an minus ſit plebeium, G
licam, & Italicam, aut Hiſpanicam etiam præt
vernaculum (quod Belgis non novum) exacte l
qui, quam te latinam balbutire, hæſitare, & in
præter tui ſtudii regulas loqui vix aliud poſſe. C
Non video quomodo huc deveneris. C. R
gia ſane via: Nam ſi oportet nos tantis privileg
is, & vitæ commoditatibus dignos apparere, n
ceſſarium eſt, proſpiciamus nobis de iis orn
mentis, quibus merito plebeio præcellamus. T
lia quidem literæ infinita liberaliſſime ſuppe
tant, noſtrum eſt ne pigriores appareamus ad a
cipiendum, quam illæ ad dandum. Cur. No
ne ſatis eſt Magiſtrum fieri, aut doctorem,
hunc ad eccleſiam, illum in forum vocari, a

y

n medicinam facere? Non video, quid exi-
:ndum amplius ſit C. Satis ſit; unum ta-
en te ex quæro: Nonne multi Argentinam
oficiſcuntur, viſendæ celebris illius Turris
atia? Cur. Fortaſſis. C. Si non hoc uno fi-
:, tamen cum illuc veniunt, eum inter præci-
ios numerant: uti etiam Horologii ibidem ſpe-
oſi aſpectum. Cur. Quid tum? C. Illud:
ii architectus ejus turris fuit, magnum orna-
entum ei urbi attulit, tum uſui etiam hodie eſt.
am quicunque illuc confluunt. Reipubl. ali-
uid cōmodi adferunt: quod fortaſſis centeni a-
quot ſtudioſi, etiam eruditi, non præſtant.
ur. Capitalis mihi ſtudioſorum hoſtis vide-
: C. Si homines tui viſendi gratia longas
:regrinationes facerent, quantus tibi videreris?
ur. Magnus profecto. C. Atqui poſſem ti-
recitare exempla, ubi hic honor militibus fa-
us eſt, de patria fortiter meritis, milites ergo
aiores ſunt eruditis? Cur. Itane de erudi-
; nihil tale recitari poteſt? C. Imo maxime.
um Syracuſæ obſiderentur, unus Archimedes
ſtitit aliquot legionibus: Cicero eloquentia
a plebem, quocunque voluit, traxit: Ille
ter uno Apologo, de ventre, & membris, ſe-
tionem compeſcuit. Patrum noſtrorum æ-
te, Sedunenſis Epiſcopus, à Franciſco I.
alliarum Rege hoc elogium obtinuit, plus ipſi
piſcopi unius eloquentiam negotii feciſſe
iam Caroli Cæſaris arma. Cur. Sic places. C.
Sed

Sed ſcis tu quid verear? Cur. Sciam, ſi dixeris. C. Illud amice; ne ſi hæc homines experiantur, exigant etiam tale quid à nobis; ſicut olim Saraceni a Chriſtianis exegerunt, ut montem transferrent, & Moſcovi, ut clibanum ardentem, veluti Danielis ſocii ingrederentur. Quam deforme enim nobis eſt, talia pro literarum gloria afferre, cum interim nos oſtendamus, quam minimum earum habeamus? Cur. Minimum? C. Ita aio: Quis enim noſtrûm eſt, qui auſit idem ſe ſuſcipere, quod Archimedes, aut Demoſthenes qui multis annis Philippi potentiæ reſtitit, vel Hercules ille Gallicus, qui minutis cathenulis linguæ ſuę annexis, hominum infinitam multitudinem traxit. De Thalete vero quid cogitas? Is dixit, Sapientem diteſcere poſſe ſi velit, atque præſtitit id uno anno. Fac tu ſimile. Cur. Iterum iocaris. C. Vide, cum nobilitas noſtra de maiorum ſuorum virtute, fortitudine, meritis gloriatur, quamprimum ipſis diſſimiles ſunt, ridemus eos, illud tritum occinentes: mea nobilitas in me incipiat, &c. Iam ſi illis conſtaret, quam iis, quos in literis maiores, & principes habemus, diſſimilimi ſimus, nec minus tamē ipſorum gloriâ tueri nos velimus, ſi itidem ab iis rideremur anne iniquum eſſet? Ecquid taces? Cur. Perge loqui. C. Illud loquar. Dent nos Platones, Ariſtoteles, Senecas, Hippocrates, Euclides, Archimedes, Papinianos: illi dabunt Horatios, Curios, Fabios, Scipiones, Hannibales, Armenios, Carolos. Cur. Quo fine hæc

s?*C.* Eo ut cogitem⁹,etiā utile aliquid & hono-
ficum adferre Reip.neque acquieſcamus eo o-
o,quod nobis ſeculi huius incogitantia conce-
tur Neſcis illum contra Demoſthenem ſar-
ſmum ? Cum amicum,qui ad populum liberè
quebatur,periculi admonere vellet; ſi inſanie-
aliquando populus (inquiebat) te diſcerpet:
e ſubiecit, Te verò,cum ſapuerit. *Cur.*Duriſſi-
è loqueris? *C.* Æquiſſime: nam qua invidia ijs
lebritatem,& nominis famam invidemus qui
Germania noſtra optimè, & feliciſſimè meriti
nt. Eſt autem in noſtra manu, famam conci-
re,aut minuere. *Cur.* Cui detrahitur aliquid?
Primum ei, qui primus Typographiam inve-
,literarum ſi non matrem,ſane nutritiā Quo-
; quiſq; enim ſtudioſorum eſt,qui nomen ſal-
n illius ſciat. *Cur.*Ego profecto neſcio.*C.*Tum
i Horologia primus Germaniæ intulit, Deus
ne,qua,ſi utilitatem neges,iucunditate ſaltē!
i.Cremonēſis,Ianellus dictus, qua fama apud
s eſt? *Cur.*Notabo huius nomen. *C.* Sed etiā,
i pulveris ſulphurei, & tormentorum uſum
nvenit,eſt ne notus tibi, vel nomine tantum?
r. Nec ille. *C.* Nec qui bombycis labores pri-
is obſervavit? *Cur.*Nec ille.*C.*Fortaſſis de Ma-
:ticæ acus utilitatis incredibilis inventore
nquam cogitaſti.*Cu.*Fateor. *C.*Interim Catul-
Tibulli, Propertii, &c. nomina in omnium
tore hominum, qui nihil, aut parum Reip.
erunt. At tu ſcis quis primus ſtapedes Ephip-
; addiderit? *Cu.* Rides me: Nonne decentius
aliorum inventis cum dignitate uti? Inven-

K tores

tores, & Mechanici Reipub. nunquam decrur
C. Barbara vox: illud ex te, homine literato, qu
ro : anne olim conſtabat terram eſſe rotundan
Cur. Omnino. C. Nobis verò exiguam eius pai
eſſe cognitā? Cur. Ita puto. C. Sed cur paſſi eſt
ut Columbus homo Nauta, vobis hanc gloria
eriperet, & illud quæreret, quod vobis non n
in charta, aut in ſomniis erat, atq; inveniret? C
Si te ſequerer, literas abijcerem, & mechanico
licui me traderem, atq; adeo Nautæ. C. Non in
ptè loqueris, ſed ineptè cogitas: Dic mihi an
diſti Noribergæ muſcam illam ferream, quæ
artificis manu veluti egreſſa convivas circu
volitat, ac tandem tanquam defeſſa, in domi
manum revertitur? Cur. Quid ais? C. Aut aq
lam illam, quæ advenienti Imperatori longi
mè obvia ſublimi aëre proceſſit, adventante
que ad urbis uſq; portam comitata eſt? Cur. F
lerisne, an fallis? C. Hi Regiomontani, egre
quondam Mathematici, luſus aliquando fuer
Cur. Quæſo te, an hæc credam? C. Ita ſeſe hab
Cur. Scil. per necromantiam comparata. C. Nc
ne dolendum, & ſuccēſendum vobis eſt, vos
ſublimes haberi vultis, ingenioſiſſimi, eruditi
mi, hæc talia, Matheſeos practica, non Philo
phicis, ſed plebeijs, & ruſticis, ſordidiſque ocu
intueri, & cum infima plebe, aut pueris, ad n
cromantiæ ſuſpicionem confugere? tales en
inter vos ſunt, qui neq; horologii Solaris, nec
automatis mechanici compoſitionem, vel n
tum imaginari ſibi poſſunt, quę à mechanicis
men fieri videtis, nec cum ipſis tamen compa

multis. De Architectis nihil dico, quos omni
e, ſive inventionem, ſive labores, ſive indu-
ſtriam eorum ſpectemus, multis Legum, aut
Medicinæ peritis præponendos judicamus. Cur.
linquendus tibi es: Nam quamprimum tibi
ntradico, implicas me infinitis quæſtionibus,
opinionibus, ſed quid interim fit? C. Illud u-
um, ut te avocem ab illa perſuaſione, qua cre-
, iiſdem veſtigijs inſiſtendum, quæ multitudo
mit. Cur. Tutiſſimum eſt. C. Si idem feciſſet
rarcha, vel Eraſmus, vel Capnio, vel Luthe-
etiam, in veterum tenebris, & luto hærere-
us. Cur. Noſtram verò ætatem tenebras dicere
potes. C Dic mihi, poſteaquam præter illa
n nota regna, nũc plurima nova detecta ſunt;
de gentium moribus, & imperiorum formis
cquam nos lateat? Cur. Nihil: ſed id ſeculo
tro glorioſiſſimum. C. Dic mihi, ſi gemma-
s quiſpiam multas pretioſiſſimas gemmas
legiſſet, an peccaret, ſi eas ita dextrè jungeret,
unum elegantiſſimum Clinodium fabricare-
? Cur. Quorſum hoc? C. Illuc, ut appareat, ſi
s eruditus, & prudentiſſimus quiſpiam de
ltis illis moribus, & formis, ſelectiſſima quæ-
colligeret, & novam aliquam, ac quantum
ndus patitur, perfectam Rempublicam no-
adornaret, non peccaturum. Ideo enim lege-
tos hiſtorias, & hominum acta inſpicere pu-
ut quod optimum, imitemur, quod peſſi-
m, fugiamus. Cur. Quo uſu hæc collige-
? Serviendum eſt præſentibus. C. Itaque

an præſentibus addi aliquid poſſit, videamus audiviſtine aliquid de ea urbe, Mercuriali, ul præmium propoſitum erat, ſi quis civis novun ac civitati vtile aliquid inveniſſet. *Cur.* Ego hiſto rijs occupatus non ſum. *C.* Finge itaque talei fuiſſe, & cogita, ſi præmia decernerentur, quc ties Theologorum alicui egregium aliquem, au myſticum S. literarum ſenſum Spiritus Domi ſuggeſſiſſet; vel peritus juris commodam, a artificioſam legem, conſtitutionem, ſive quc pro rebus dubiis & afflictis faceret, excogitaſſe denique, ſi medicus, vel philoſophus aliquod ſ luberrimum remedium, aut naturæ arcanu reperiſſet, nonne credibile eſt multa acceſſur atque egregia, illis Facultatibus? *Cur.* Omnir credibile eſt. *C.* Et multum utilitatis ad Rem redundaturum? *Cur.* Fortaſſis. *C.* Ne dubite inſpice Venetorum Rempub. quæ multis ſec lis iam florentiſſima eſt: Ea, ſi ulla alia artifici ſiſſimis legibus, conſtitutionibus, decretis, co ſtat. *Cur.* Audio magnifieri illam Rempubl. eſ verò eius formam nunquam inſpexi. *C.* Hæc ſ cordia veſtra eſt: Oportebat, hominem eruc tionem affectantem circumſpicere, quamp mum res aliqua celebris eſt, an fortunæ, artis beneficium ſit, & ſi artis apparet, cum jur dictionis quaſi noſtræ ſit, de ea amplius cogi re. *Cur.* Ita tu elaberis mihi, ne cogaris Magia docere. *C.* Atqui eius præcepta perpetuo imn ſceo. *Cur.* Nullos ego hactenus characteres vi nullas audivi coniurationes. *C.* Ea nec audi nec videbis poſthac. Mea Magia ſimplicior e

ed bene mones, ſi didiciſti eum, qui noſtri temporis moribus, & ſtudiis diſſimilis ſit, maximè agiæ noſtræ convenire. *Cur.* Ita cogitandum ihi eſt: Id enim à te fieri deprehendo. *C.* Iam ige tibi, an velis multa ſed utilia, mediocriter ire, & ad converſationem adferre poſſe, an in io aliquo ſtudio excellere? *Cur.* Elige tu mihi; m puto, perinde eſſe. *C.* Ego verò multum intereſſe iudico: ſunt enim utraque magno, & noli ingenio condigna, & rariſſimè in uno concurrunt. *Cur.* Si ſingula ad communem uſum nferre poſſem, vellem multa ſcire. *C.* Non ſolite hoc diſquiremus, cogitent de eo alij: ego rò, ut fatear, huic inclino, ut putem, admom humanum, vel hominis eſſe, per multa, quę nen in ûno aliquo conveniunt, diſcurrere, & ſingulis admirari Deum, amare hominem. *r.* Ergo huc dirigamus inſtitutionem noſtrã: cave, ne nimium mihi imponas. *C.* Confide arti meæ. *Cur.* Notoriæ? *C.* Iam audies: Sed 1 mihi! *Cur.* Quid accidit tibi? *C.* Heu, tibi et. *Cur.* Quid ita? *C.* O multos illos, atque omos annos abſumptos in re exigua! *Cur.* Mait tibi, adeo horrificaſti me; timui, ne iam prę ibus aſtaret Mephiſtopholes. *C.* Annos eos elugeo, quos uterq; perdidimus in addiſcenlinguis: Latina atque Græca. *Cur.* Perdidiis? *C.* Ita aio. *Cur* Exiguum eſt Latinè & Græloqui. *C.* Exiguum? Sed vide an poſſimus: ilomnino ſcito, non eſſe reipſa maius quidn, quàm Gallicè, aut Italicè, vel ſanè Sclavoè poſſe loqui. *Cur.* Credamne hæc? *C.* Mira-

bor ſi dubitabis,de Sclavonica inprimis,quæ vi
pronunciari poteſt à noſtris. Tu verò cogita,
ter tot eruditorum pene myriades rem tam e-
guam & explicatam non aliter tradi, quàm o-
cula,aut augurum arcana : decem,quindeci,
viginti,& plures etiam anni Latinæ linguæ d-
di ſunt ; ego tabellarium audivi expeditiſſi
Sclavonicè loqui, cum ſingulis annis, per ſep-
nium credo , bis in Carniolam proficiſceret,
nec tamen Notoriam artem adhibuit. Cur. S
uſu didicit. C. Quidquid exigant à nobis eru
noſtri,& quaſcunque artes (volunt autem ar
peritiſſimi eſſe) adhibeant, modò minori te-
pore has linguas doceant. Cur. Credisne fi
poſſe? C. Vnicum hîc quæram,nec enim lib-
ter me his negotiis admiſceo: Si Academiæ lo
eſſent, ubi homines latinè, aut græcè loquer-
tur, ſicut in Gallia Gallicè, in Italia Italicè, al
aliter loquendum ex neceſſitate eſt, nonne
dem eſſet latinam aut grçcam linguam addiſ
di ratio? Cur. Ita. C. Et ſicut in Gallia gallic
linguam addiſcens non liberatur ab officio,
vocatione ſua,ita Latinam,aut Græcam, vel H
braicam etiã, interea artium ſtudijs vacare p
ſent. Cur. Omnino. C. Itaque ſi non hoc,video
nim difficultates; ſed tale aliquid in Academ
inſtitueretur, conſuleretur & annis noſtris,&
boribus,& rei literariæ. Cur. Perſuades mihi.
Igitur non fruſtra indolui, cum recordatus a
norum illorum ſum, quos eruditi mihi redim
re potuiſſent,ſi voluiſſent. Cur. Mihi placent
trum meorum ſtudia,tu verò iterum latibulu
rep

:periſti, ne Magiam doceres. C. Ego perpetuò
oceo,tu verò non obſervas: ſi forſan digredior.
'ur. Non ſemper poſſum,ita me rerum varieta-
: abripis,atque quaſi imponis. C. Igitur videa-
ius, quid jam didicerimus, ut ea tantum à Ma-
ia petamus, quæ neſcimus: Morum ne prius
is,an eruditionis examen ſubeamus? Cur. Mo-
um,ſi ita tibi videtur. C. Laudo ſed tune me,an
go te,examinabo? Cur. Ego reſpondebo. C. An
octus es paupertatem ferre? Cur. Ha ha he! C.
)uid rides? Reſponde,an didiceris,de pauperta-
:gaudere? Cur. Itáne præoccupas? Ego à Magia
ieſauros expectavi. C. Cui uſui? Cur. Vt ſuavi-
:r vivam. C. Divites ergo ſuaviter vivunt? Cur.
)mnino. C. Recordor Regis illius,cuius nomini
arco, ille ita ſecum ratiocinatus eſt. Si hoc
egnum ſubegero,pòſt adijciā illud. dein aliud,
: ita multa ſua imaginatione devicit, addidit-
ue,tum demum ſuaviter vivam. Interrogatus,
uid acturus tunc eſſet? Reſpondit, edere ſe vel-
:,bibere,dormire,equitare,venari: cumq; ſub-
:ciſſent ſui, idem nunc fieri poſſe tutiſſimè, il-
id cum periculo tentari, admiratus eſt incogi-
intiam ſuam,& acquievit. Cur. Quid id ad me?
:.Non intelligis? Si jam edere,bibere,dormire,
:gere te, atq; adeo ludere, commodiſſimè po-
es, cur divitias quæris? Cur. Ah quàm ini-
uè de pauperie judicas, ſcilicet quam expertus
unquam es? tuo judicio pultem edere idem
ſt,ac phaſianum; aquam,vel auſterum vinū bi-

bere, idem quod malvaticum: in ſtramine ſe volutare, quod in molli lecto ſtertere; in tuguriolo habitare, & ex ſplendidiſſimo palatio proſpicere. *C* Meminiſti ne me de commoda, non miſera vita locutum eſſe, quamvis etiam pro hac dici aliquid poſſit: tu verò rigidæ huic Philoſophiæ impar es, tum illa incommoda planè ignoras, quæ divitiis inſeparabiliter adhærent, inquietudine, morbos, labores. Itaq; de commoda tantùm dicamus: Nonne ſi ſatur es, etiamſi phaſianus adſit, aut malvaticum, periculum nullum eſt, ne fame moriaris? *Cur.* Manifeſtè dicis. *C.* Et in aquam coniectus, vel in balneo, cum totus madeſ, quicquid tandem affunditur, non fieri magis potes madidus. *Cur.* Ita. *C.* Scilicet omne reliquum præterfluit corpus tuum, & effluit. *Cur.* Verum eſt. *C.* Et in Mare coniectus homo, non magis ſuffocare poteſt, quàm in alveolo, ſcyphus unus aut alter id faciunt. *Cur.* Concedo. *C.* Et ſuper quem integra domus ruit, non magis occiditur, quàm ſi tegula de tecto domus delapſa ſit. *Cur.* Satis eſt. *C.* Vtinam ſatis tibi, & reliquis hominibus eſſet, ut acquieſceretis, ſi corpuſcula veſtra per exiguum illud temporis, quod ambulare vobis, aut ut ille ait, diſcurſitare ſuper terram conceſſum eſt, quam fieri poteſt commodiſſimè, & minimo ſtrepitu, aut clamore alatis. *Cur.* Non amplius aurum ſitio, ſed tu, ſi ita perrexeris, diei non ſatis habebis. *C.* Meritò hîc prolixior ſum: tantum enim eſt Reginæ pecuniæ imperium, ut plæraque mala ipſi debeamus. Nā in Regnis, in politiis, in ædibus, & circa corpora
noſtra,

ſtra, in veſtibus, in ornamentis, & infinitis a-
. dominatur, cui tamen literæ minimè obviã
nt. *Cur.* Perge ad alia. *C.* Oportet brevis ſim.
diciſtíne, qua arte amorem illicitum, vel in-
npeſtivum expellas, quomodo iram compe-
s, quibus te armis contra dolores, & huma-
s caſus præmunias, quod gaudiorum mode-
nen ſit? *Cur.* Hæc à Theologis, non Philoſo-
is docentur. *C.* Crede mihi, etiam Philoſophis:
m illud voce, & exemplis præſtabant, hodie
r ſcripta, & libros facerent, niſi receptum id à
bis eſſet, neminem Philoſophum eſſe niſi qui
ncludere poſſit, te habere cornua, aut Heracli-
n fuiſſe riſibilem. *Cur.* Igitur hæc in ſcholis
cenda eſſent? *C.* Meâ ſententiâ; nam ſi de ho-
nis cultura hîc cogitandum maximè eſt, quid
lchrius, quàm optimas, & egregias virtutes
ando egregiè ſubacto) ſerere, rigare, &c. inuti-
us evellicatis. *Cur.* Scilicet ut excreſcant artes,
gica, Phyſica. *C* Aliter olim mihi inculcatum
. Qui proficit in literis, & deficit in moribus,
is deficit, quàm proficit *Cur.* Nihil amplius de
oribus quærere potes? *C.* Vah, infinita alia, ſed
npus minimè ſufficit. *Cur.* Inſpiciamus itaque
iditionem. *C.* Quàm invitus illuc deſcendo:
c tamen, an utramque linguam Latinam, &
æcam expeditè loqueris? *Cur.* Audacter dicã,
n loquor; & mecum multi ſtudioſi. *C.* Sed
ammaticam didiciſti? *Cur.* Ad unguem. *C.* At-
i tantundem eſt: artem igitur potes, & non
tes, logogryphe. *Cur.* Ex compoſito me impu-

pugnas. C. Noli interpellare, dic, quot habui orationes ad patres conſcriptos, ad viros Ath nienſes,ad cives, ad milites? Hæc Rhetorica e. Cur. Egóne orationes habeam? C. Tunc Rhet ricam diſcas. Cur.Satis eſt mihi epiſtolam fan liarem ſcribere,ſtylo Ciceroniano. C Itaque ar epiſtolarem diſcere,non oratorium eſt,cuius n minimum eſt,in rebus arduis & periculoſiſſin adeſſe, & hominum errores, motus, ſeditior compeſcere. In Mathematicis verò,ecquid did ciſti? Cur. Ea divitibus, atque otioſis relinqu mihi integrum non eſt multum operæ ac te poris,in re minime ad alimenta comparanda tili C Ah conſcientioſum,& cui carum tempi Nihil ergo de cœli, & ſtellarum motibus noſ Cur. Nihil. C. Atqui Nautæ huius perit am h bent. Cur. Bene eſt, Nautica ars ſit, ego ſtudi ſus ſum. C.Sed Nauta imperitior: corpora ve aut ſuperficies,vel figuras metiri potes? Cur. N poſſum. C.Id vulgo Menſores præſtant,non a ſim dicere Geometræ. Cur.Iterum vulgus ob cis. C. Supputare autem ſcis, ſcilicet qui nu mos appetis? Cur. Ad rationes meas X. & V. L.&c. ſufficiunt. C. Non te pudet,arte inferio eſſe quovis mercatoris famulo? Cur.Etiam ſut ris ſervo in arte ſua inferior ſum. C.Verum ill intereſt, Arithmeticam eſſe artem liberalem, ſ toriam minimè: tu autem liberalium artiu Magiſtri nomine delectaris, & Arithmeticæ n utilis modò, ſed planè admirabilis artis impe tus es, Muſicus tamen es. Cur. Cytharam pul

C.N

Non illud quæro, ſed an Muſicæ fundamenta
:elligas? Cur. Viſne cantillem? C. O caput mi-
mè harmonicum, ſi Harmoniæ huius, qua in-
ábilia nobis Deus, veluti per ſpeculum repræ-
ntat, expers es: de Aſtrologia non auſim quę-
re, eam damnabis opinor? Cur. Merito. C. Et
nen ea multum adiumenti in philoſophia
ferre tibi poteſt. De Optica quid habes? Cur.
hil. C. Reliquarum, quæ Matheſin comitan-
r, nomina fortaſſis aut nunquam, aut audiviſti
ò? Cur. Ego nulla alia ſcio: Sed vide, quàm
lidè tranſilias illa mea ſtudia Logicum, Ethi-
m, Phyſicum. C. Etiamne Poëticum? Cur.
c de prioribus. C. De Logica tute ſcis, aut ſi
ſcis, ſcire oportebat, quam ea tibi nulli uſui
, niſi etiam alia habeas Quid illo ligone opus
bes, niſi ea terra ſit, ubi veritatem, quæ in pro-
ndo latitare, vel ſepulta eſſe dicitur, effodias?
erim tamē admirari æquū eſt eius ſtudij ſub-
litatē, ſubtilitatē & humanæ inventionis indu-
ā, quam tibi gratulareris, ſi eo bene utereris,
yſices verò cognitionē, ut habere te credam,
nquam mihi perſuaſeris. Cur. Atqui ego Phy-
s compendium penitus abſolvi. C. Vtinam
am ante nota haberes, quæ pro phyſices am-
udine dici hic oportebat, ſed tempus non
itur, unicum illud reſponde: an legeris Car-
ni libros de Varietate rerum, & ſubtilitate:
ricolam de Metallis: Rondeletium de piſci-
s, Cluſium de exoticis? Cur. Nonne Carda-

nus is eſt, quem Scaliger noſter examinavit? vel qui mihi ignoti ſunt. *C.* Facilius te expedis: nan ſi maximè noti tibi fuiſſent, quæſiviſſem, an ea probè intellexeris, tanquam quæ nobis propior ſunt: de motibus enim, aut Ætheriis iam ant ſcio, nihil reſpondes. *Cur.* Cogita me æquiſſ mum harum artium æſtimatorem eſſe, alii e iam irrident, & prope condemnant. *C.* Et ego a quior tibi ero. Dic mihi, quot Hiſtoricos legiſt *Cur.* An tu putas me adeo voluptuarium, ut fa bellis, & iucundis hiſtoriis longas horas fallam *C.* Non ergo aliquos hiſtoricos legiſti? *Cur.* N magis excandeſcas, ne unum quidem. *C.* Et v vis? *Cur.* Vides. *C.* Et aleris? *Cur.* Merito. *C.* I ultra plebeium ſapere cogitas? *Cur.* Quidni *C.* Deum ego teſtor non videri eum homine mihi liberalis hominis nomine dignum, q non vel priorum ſeculorum, vel ſaltem ſui ſecu li, aut ſui temporis aut denique patriæ ſuę act recitare poſſit. *Cur.* Miror te non urbe pelli, q hac una voce multos optimos, & ingenioſ adoleſcentes iniuria pellis. *C.* Qui in hac urb aut ſi mavis pago Senatores, vel Conſules ſun innatáne illis prudentia eſt, an acquiſita? *Cu* Acquiſita. *C.* Dic etiam unde? *Cur.* Ex tractior aſſidua rerum civilium, multorum ingenioru exploratione, & anteceſſorum ſuorum relictis ctis. *B.* Egregie reſpondes. ſed iam attende, Deus nobis ſpeculum poneret, in quo ſecuri, otioſi conſpiceremus omnia omnium Regun Principum, Rerump. conſilia, & eventus eorun

præcl:

ræclariſſimorum hominum egregie facta, ſoci-
tatum humanarum formas,& earundem dura-
ionem, & diſſolutionem, bellorum initia, me-
ia, fines, in quo inſuper omnia terræ animalia,
pſa terra integra,aut ſingulæ eius partes conſpi-
erentur, anne putas, diſcere nos inde aliquid
poſſe? *Cur.* Omnino diſcere,ſed tu perge de ſpe-
ulo. *C.* Nimium Magicum illud expectas: Dic
potius, ſi quis plebeius ſciret, nobis adeſſe hoc
ſpeculum, nonne admiraretur nos,aut hanc fe-
icitatem nobis invideret? *Cur.* Id eorum inge-
nium eſt. *C.* Tum ſi mera oſcitantia nollemus
ntueri illud ſpeculum, nec eventus præſcire re-
um vellemus,ſed mallemus eos cum vulgo ſo-
icitè expectare, aut in negotiis noſtris aliorum,
& imperitiſſimorum erroribus duci, nonne
quiſquis nos bis ſtultos, biſque inſanos diceret,
bene diceret? *Cur.* Non contradico. *C.* Vide,
quid dicas: ſcis, quantum felicitatis bonæ literæ
nobis adferant, ſi uti ijs velimus, & acceptare
hæc: vix enim quicquam præteritorum ſeculo-
rum eſt, quod neſcire poſſimus ſi quæramus;
vix quicquam, quo magno noſtro incommodo
careamus. Quæ ſi vulgus adeſſe nobis ſciret, ve-
rendum eſſet, ne ex officinis ſuis ad ſcholas pro-
peraret,& literas diſceret: tantam enim felicita-
tem adferunt, ut futurorum pene præſcios faci-
ant, prudentia enim ex ſapientum ſentētia pro-
pemodum vaticinatur. *Cur.* Ergo hiſtoriæ mihi
legendæ ſunt? *C.* Non potes. *Cur.* Non? legere
poſſum. *C.* Non potes: oculi enim tibi duo de-

 ſunt

ſunt Geographia & Chronologia : illa quidem
quæ terram tibi repræſentet , hæc ut tempori;
commonefaciat. Cur Quàm exiguum eſt,char
tas aliquot parieti affigere, & ijs inſtrui , ne Da
naim in Africa quæras. C. Primùm affirmo,tibi
eſſe etiam inter eos ſtudioſos , qui docti audiũt
quibus illud abſurdum arridere poſſit : deinde,
ne hoc ſtudium mihi contemnas , jubeo : ex eo
enim petitur , ut ſubito te ex regno in regnum,
ab oriente ad occidentem , & quocunque libue-
rit,transferas. Cur. Id eſt,quod deſidero, & quod
aiunt,te poſſe. C. At ego te libenter hanc artem
docebo. Cur Ah utinam ! C. Sume hanc Europæ
mappam, quære Italiam. Cur. Non poſſum, niſi
titulos legam. C. Ergo ex intuitu non diſcrimi-
nas terram à terra , Regnum à Regno?
Cur. Minime. C. Si non conflarem te de novo, nõ
funderem ſtudioſum. Cur. Noli deſperare ; nam
reperi Italiam. C. Ecce Románe hîc? neſcis, quot
miliaria ſint illuc à nobis? Cur. Nunquam illuc
ivi. C. Accipe circinum & metire, pedem hic figas
unum alterum ad Romam extende. Cur. Quid
nunc? C. Examina nunc ſpacium ad hanc ſcalã.
Cur. Sed quis uſus erit? Num jam Romam vola-
bo? C. Iam ibidem es. Cur. Ah miſeram Romam,
papyraceam, ubi capitolium? ubi theatra? ubi
balnea? aut hodie; Hadriani moles? C. Si hæc con-
cupiſcis, hic liber tibi adeundus eſt. Cur. Valeant
libri, ipſam ego Romam intueri geſtio , peregri-
nari cupio, non domi, puerorum more ſimula-
cris rerum, aut imaginibus ludere. C. Optimè a-
liquan-

quando Socrates reſpondit: Qui urbem unam vidit, & montes, & planities, & arbores, & flumina & pontes, & naves, & animalia, terram univerſam vidit : his enim rebus ea conſtat. Cur. Hanc gloriam mihi fortaſſis invides, ne tantundem videam, quantum tu, qui neſcio quas terras diſcurriſſe diceris. C Quò peregrinatus ſim, tu quidem neſcis; verum ſi credere poſſes, non ſyluas, aut maria, aut urbes docere poſſe, ſed homines, & in primis libros, etiam illa reperires, domi te ijs non carere, ſed abundare, minoreque periculo, ac moleſtia frui iis poſſe: deniq; fortaſſis etiam colligeres, magis animo aut oculis, quàm pedibus peregrinandum eſſe. Cur. Peregrinationes ergo non proſunt? C. Maximè proſunt, tu verò hæc non capis: Satis tibi ſit, Gallos domi habere poſſe, non opus tibi, ut in Gallias ad eos excurras: Si Italos, non in Italiam, ſi Belgas, non in Belgium. Galli enim Itali, & Belgæ te docebunt, non Gallia, Italia, aut Belgium. Cur. An tu putas optimos Gallos, Italos, vel Belgas ad nos venire? C. Non veniunt, ſed quod optimum optimorum illorum eſt, nobis communicant, & promptiſſimè ſubmittunt : Sed ſatis de his. Cur. Non poſſum ſic ſatiari, nam magno hic deſiderio omnes tenemur. C. Quicquid hic dicitur, fruſtra eſt: emittendi eſtis ut recipiamus vos, qualescunq; redieritis Patriç enim cura, aut ſalus, jãdudũ animo excidit: felices nos credim⁹ & elegantiſſimè ornatos, ſi peregrinis modò veſtibus luxuriemus. Cur. Interim ego volare non

diſco,

diſco *C.* Adhuc ne immerſus es illis ineptiis? potius meditare, qua arte hæc omnia, quæ deeſſe tibi vides, addiſcas. *Cur.* Hui tam multa! non poſſum. *C.* Igitur relaberis illuc, ut cupias in uno aliquo excellere. *Cur.* Divinâſti. *C.* Tu verò annon credis, illos excellentes in ſua profeſſione viros fuiſſe aliarum artium penitus ignaros? *Cur.* Ita audio, atque adeo de quibuſdam, qui ſi quando in forum aut conſultationem aliquam civilem, aut œconomiæ tantùm adminiſtrationem deducti ſunt, viſos ſibi eſſe in alium orbem delatos. *C.* Reperiuntur fortaſſis tales; tu verò crede mihi, præcipua literarum lumina & rei literariæ principes fuiſſe in multis ſcientiis exercitatiſſimos, quod libri ipſorum teſtantur, omni cognitionum genere refertiſſimi, inter quos præ reliquis excellit Iulius Cæſar Scaliger, tam admirandæ eruditionis vir, ut quocunque ſe vertat, nullibi ſibi æqualem non inveniat. *Cur.* Fortaſſis etiam Magus fuit. *C.* Hæc vetus veſtra cantilena eſt: Quicquid ineptum, indoctum, & viliſſimum eſt, Deo adſcribitis: ſi quid ingenioſum, rarum, & admirandum, veſtra ſententia, Dæmonis eſt. Et tamen Deus ita ingenia noſtra nobilitavit, ut ſi excolamus ea, atque à terrenis abſtrahamus maximè, mira, & quaſi incredibilia præſtare poſſimus: qualia velim aliquando vir eruditus ex hiſtorico theatro in unum colligeret, & ineptis noſtris oſtentaret, labor profectò egregius foret. *Cur.* Viſne etiam labores, & opera diſtribuere? *C.* Inter nos ſumus. Tu verò an dabis te

artium

tium diſciplinæ ? *Cur.* Vereor ut poſſim. *C.* Nil ergo Magiæ meæ confidis? *Cur.* Multum : tu rò videris mihi non apertè docere. *C.* Cogita, nc primam, noſtram ſcholam eſſe, fortaſſis iguum aliquid didiciſti, ſi non multum. *Cur.* abes me promptum, impone quicquid volue-s. *C.* Miraberis adeo exigua eſſe : Illud primum ito, maximum compendium ſtudiorum tuom eſſe, ſi utilia tantùm artium diſcas : dein-huius etiam compendium, ſi ea tantùm, quæ l converſationem humanam vel neceſſaria nt, vel commoda. Denique, ſi nullum tibi mpus effluat, quod non aliquid doceat. Sed c opus tibi eſt eruditiſſimo Magiſtro. *Cur.* Aparet; unde enim ego habeam, hoc utile eſſe, ild inutile, hoc neceſſarium, illud ſuperfluum, d inprimis, quí potero ſemper literis operam re? *C.* De primo ita velim intelligas, omnium tium exactiſſimam, & penitiſſimam ſcientiam, a natura utilem eſſe, tibi verò, ad illud tuum opoſitum, & pro breviſſima illa vita noſtra, utile. *Cur.* Non ſatis capio. *C.* Vide ſi id in etorica conari velles, quod Chriſtophorus ongolius, vir alioquin ſummus, ut perfectus iceronianus evaderes, huic uno negotio, uti e immorereris : & ſi in Arithmetica vel Cubiſſam quærere, vel infinitis tantùm propoſionibus defatigare te velles jucundum quidem quid, aut utile etiam reperires, verum ſic tibi ta efflueret; aut ut planius dicam, ſi in Muſi-s Inſtrumentis ita excellere velles, uti olim

Nero,

Nero, nonne multum temporis huic cona
dandum eſſet? Cur. Non dubito, quin inte
vita. C. Et fieri poſſet,ut à leviſſimo, & ſordi
choraule arte vincereris. Cur Non abſurdum
C. Vides autem abiectum eſſe,ſi cum plebeis c
tamen in eamus. Cur. Honorificum non eſt.
Vnde inclytus Angliæ Rex, Iacobus, in regia
ſtitutione filium monet, ut etiam à nimio pœ
ſeos ſtudio abſtineat, ne fortaſſis pœdagogo
cui inferior appareat: fieri enim poſſe, ut cu
maximè in pangendis carminibus excellat,
cellentiorem reperiat,ſed fortè ei minimè æqu
lem. Obiter igitur hanc Regulam imbibe Mu
quidem nobis ad noſtram utilitatem & recre
tionem tentanda eſſe, verum ea nunquam oſ
tanda, ne ab alijs ſuperemur: veluti, cum A
xander Magnus ad Apellem venit, & de colo
bus inconvenienter diſſeruit, à pueris Apellis
riſus eſt. Cur. Quorſum hæc? C Paulum digr
ſus ſum,ſed huc referamus, ut appareat hanc
ſe in addiſcendis artibus egregiam mediocri
tem, ſi eo pervenimus ut nec inepiè de iis
quando in diſſertationem veniunt, judicemu
neque nos immittamus ſupremis artium faſ
gijs. Cur. Notabo hæc. C. Hinc illud ſequitu
Non uſque adeo magnum, aut difficillimu
eſſe,ut eo uſque pertingamus; veluti oratione
ſcripturi, à Dialectica methodum, a Rhetori
ornamenta mutuemus: In Aſtronomia ſyde
dignoſcamus, motuum leges notemus, paſſi
num rationes intelligamus: Inſtrumentoru

aſtr-

ſtrolabij puta, trientis, quadrantis, &c. quorum profectò maxima jucunditas eſt, ſi non compoſitionem, ſaltem uſum habeamus: In Geometria, Arithmetica, Aſtronomia, & reliquis, tantum apprehendamus, quantum omnino ad cōverſationem, atque neceſſitatem noſtram ſufficit, cuius ego hanc metam, & finem conſtituo, non ut hæc omnia memoria exactè retineamus, ſed ita intelligamus, ut quandocunque earum mentio aliqua incidit ea ex Memoriali noſtro (quod circum ferre oportet) vel illarum ſcriptoribus in mentem revocari, & dextrè adhiberi poſſint. Cur. Sic ego ſemper in libello artes meas habeo, nunquam in cerebro. C. Vt in cerebro etiam habeas, circumſpice tibi de egregio aliquo, & eruditiſſimo viro cum quo frequentiſſimè converſeris, crede mihi, eæ converſationes tibi plus in memoria relinquent, quam ſi plurimo tempore in addiſcendis præceptis deſudes: tum compara tibi huius ſtudij tui alios ſocios, qui conveniatis, & hæc frequentiſſime inter vos agitetis, unica hac obſervantia ut perpetuo ſcopum vitæ humanæ converſationis uſum, figatis, illucque diſcurſibus veſtris collimetis: quo enim labore multa, atque adeo infinita à nobis addiſcantur, neſcire non potes, quæ tamen æternum hominum commodis adferre nihil poſſint: deníque ſæpiſſime ad Mechanicam etiam reſpice, in qua, crede mihi, infinita pulcherrima reperies, quæ non tantum delectare te poterunt, & ſublimiorum cogitationum admonere, ſed ſtudia tua etiam explicare, &

ape-

aperire,ut in ijs dęprehendas,quę nunquam o
ſervaſſes: cuius tibi rei exempla referre poſſe
carum machinarum:quę ex negle&ctiſſima aliq
Euclidis propoſitione,aut phyſices vulgatiſſim
axiomate deſumuntur, plus tamen interdu
vitæ humanę ſalutis,& utilitatis adferunt. quà
univerſa tua & multorum tecum ſtudia: atqu
credibile eſt ſi Mechanicam ſcientiam noſtris
teris ſæpius jungeremus,quotidie talia, & utili
ſima, & ingenioſiſſima proditura. Vide Typo
graphiam, vide pulveris ſulphurei invention
vide Magnetis verſus polum motum,quàm ex
guis, & ridiculis Philoſophiæ axiomatibus inn
tuntur; & tamen tantum utilitatis hominib. ad
ferunt, ut nunquam ſatis ab eloquentiſſimo o
ratore laudari poſſint. Sed pergamus tempus la
bitur. *Cur* Vbi verſamur? *C.* In Phyſica. ubi velim
attendas,quanto pulchrius, & ad converſation
convenientius ſit, mirabilis naturæ, & motuum
expertum eſſe,animalium, metallorum,ſtirpiū
herbarum naturas & vires didiciſſe,ipſam homi
nis anatomiam inſpexiſſe, aliaq; naturæ rara, &
miranda contemplatum eſſe, quàm in generali
bus paucis de motu de cœlo, de meteoris, de a
nima præceptis acquieviſſe, atq; hæc ipſa ad ra-
vim uſque aliquoties exagitaſſe: tum etiam a
griculturæ ſtudium, fodinarum cognitio, quæ
apud priſcos illos in magno honore fuerunt
hodieque per egregios libros in lucem revocat
ſunt,cur à ſtudioſis faſtidiuntur, atq; abie&cta re
linquuntur,quę tamen naturam ipſam quaſi re-
cludunt

uduntnobis,& propitiam faciunt, tum à civi-
ous diſſidiis , & turbis maximè avocant ? *Cur.*
gricolam me denique facies, aut metallicum?
. Imò Philoſophum , atq; omnino huius mun-
. incolam,non peregrinum : Sed iam ad hiſto-
as redeamus. *Cur.* Memini jam illius: Quid ju-
it innumeros ſcire atque evolvere caſus, ſi fa-
enda fugis, & fugienda facis? *C.* Bene mones,
imum omnium vide, hanc mentem ad hiſto-
as adferas, velle facienda imitari,& vitanda fu-
re: deinde ad illum tuum ſcopum omnia refe-
s. velle ad humanos uſus conferre. *Cur* Vt di-
am , quod ſentio , non video, quæ nos neceſſi-
s hiſtoriis vinciat: Theologus verbum Dei, uti
cris literis expreſſum eſt, doceat. Iuriſperitus à
gibus ſuis ne latum quidem unguem diſcedat;
edicus ea experimenta, quæ hactenus ſaluber-
ma fuerunt, adhibeat. Quis hîc hiſtorijs noſtris
cus? *C* Ego tibi eum monſtrabo, atque recen-
bus exemplis. De Theologia illud dici poſſet,
uanti noſtra interſit, ſcire nō tantùm, quæ paſ-
à tyrannis Eccleſia eſt, ſed in primis, quæ ab
ereticis,& falſis doctoribus, tum quod ſemper
dfuerit auxilium divinum , & ad nos uſque de-
nſio, propagatio : Sed mittamus hæc : unicum
lud nonne operæ precium eſt, nos ſcire, quibus
dei fundamentis noſtra ætate aliquot hominū
yriades ad palos ſe alligari, comburi, excoriari,
uncari patientiſſimè paſſæ ſunt ; quod, mea
ntentia, plus commovere, & in fide firmare
os poteſt , quam centum diſputationes, quæ

maie-

maieſtatem divinam, omnipotentiam, omni
ſcientiam, etiam uti nobis videtur ſubtiliſſim
in dubium vocant : ſcilicet qui uno dicto ſacr
& ardentes flãmas reſtinxerat, & exquiſitiſſimo
rum cruciatuum ſenſum hebetat, is mihi potio
ad conſtantiam Chriſtianam præceptor ſit, qu
ille, qui in cathedra ob hanc, illam, aliam diſtin
ctionem ſudat : ſed ego hæc non tango : Iurisp
ritus vero, ſi ad eas conſultationes, quibus d
Imperijs, de Regnis agitatum eſt, quibus (ut ma
gis moveat) excellentiſſimi, præclariſſimi huiu
terræ Iuriſperiti adhibiti, atque ita adhibiti ſun
ut ſi unquam de jure exquiſitè, & cautè reſpon
derunt, hic nervos omnes intendant ad hæc, in
quam, ſi Iuriſperitus per hiſtorias admittitu
nonne lapis ſit, ſi non illuc accurrat, & ingeniun
ſuum ex ipſorum imitatione efformet? Recen
ti exemplo res patebit, Galliarum, & Belgij mo
tus hanc infelicem famam habent, vix dari ijs i
omni hiſtoria ſimiles, atqui hi ipſi tanta pruden
tia, & integritate à nonnullis, ſed inprimis Thu
ano meo deſcripti ſunt, ut nihil eorum quæ eru
dire nos inde poſſint, deſiderandum ſit. Conſi
lia, factiones, ſtratagemata, pene cogitation
hominum iis libris aperiunt, quæ ſi non avid
imbibimus, haudquaquam delicatos nos, ruſti
cos potius eſſe oportet. Illa nupera Belgii paci
ficatio facta inter potentiſsimum quaſi Orb
Regem, & gentem alioquin non adeo validam
ſed libertatis amore ad incredibilem virtutem
admiranda conſilia, inconcuſſam conſtantian
promo

motam, nonne nobis, qui alioquin in libris
[...]um ingenia admirari ſolemus, deſiderium
[...]noſcendi examinandiq́ue eam facere poſſet,
[...]i bruteſceremus? Cur. Nihil pro Medicina ha-
[...]s? C. Omnino, cum tanta acceſſio terris no-
[...]s facta ſit, ut plus duplo maior nunc noſca-
[...], eaq́ue omnia ſolicite admodum deſcripta
[...]t, an tu dubitas, poſſe aliquid Medicinæ etiam
[...]edere? Sed age, hæc phyſica magis ſint, illud
[...] nullum eſt, quod in periculoſiſſimis morbis
[...]ximum in medicina artificium exigitur; pu-
[...]n phreneticis, melancholicis, in incantationi-
[...]s, quorum curam multa exempla liberaliſſi-
[...] ſuppeditant: tum illud an adeo abſurdum
[...] conciliare ex aliqua parte Galenum, atq; Pa-
[...]elſum, cum utrinq; appareat, illius non ſem-
[...] feliciter, nec huius ſemper infeliciter reme-
[...]adhiberi, neque ſatis nobis conſtet, an ſi vi-
[...]et hodie Galenus, mutaret nonnihil à Chy-
[...]a? id, quod magna nominis celebritate, ſed
[...]totantium utilitate maiore, à Ioſepho Quer-
[...]ano inſigni Archiatro & aliis factum ſcimus:
[...]qui in acie tanquam de aris, & focis pugna-
[...]i, perpetuo ſtant, tanta acerbitate, ut haud ra-
[...] decumbentes, cum gemitu, & ſuſpiriis, neu-
[...]rum admota manu, doloribus ſuccum-
[...]it. Idem de Mathematicis cogito, à qui-
[...]s illud unum deſidero, ut phænomena mi-
[...]exacte exhibeant, ſive nunc terra illis mo-
[...]itur, & ſol ſtet, ſive ſol moveatur, terraq́ue
[...]ieſcat, ſive eadem loco moveatur, aut axem
ſuum

ſuum circumeat, quæ omnia periculum nob
nullum faciunt: nec enim noſtra opinione ſ
movebitur aut ſtabit; ſatis ſit nobis, tempus e
acte menſurare, & quam Deus rebus omnib
harmoniam indidit ſubodorari. *Cur.* Iterum
abreptus es. *C.* Agnoſco; ſed tamen hæc omn
prodeſſe tibi poſſunt. Sed vis ne de hiſtoriis al
quid amplius? *Cu.* Si vacat. *C* De vſu illarum, p
cis tempore ſatis habes: addo nunc bellicū fr
ctum Hîc non referam exempla eorum, qui m
xime hac laude excelluerunt, & hiſtoriis evec
huc creduntur, Alexandri M Hannibalis, Scipi
nis, & noſtra ætate, Conſalvi Magni, & Maxin
Imperatoris Caroli V: ad ea te tantum invit
quæ intra 50. annos in Galliis, & Belgio viſa, ar
notataq; ſunt, eorum, qui obſidiones graviſſ
mas pertulerunt, oppugnationes periculoſiſſ
mas tentarunt, loco iniquiſſimo fortiter, prud
terq; pugnarunt, conſilia prudentiſſima excog
tarunt, ſtratagemata ingenioſiſſima adhibuerū
quæ cuncta, Philoſophi opera ſunt: ea ſi illi int
Mavortios motus, ſtrepitus, ſonitusque exe
cent, quanto magis nobis de iis cogitandun
quibus otii, quietis, ſomni, cibi, potus ſatis da
tur, talia ad Remp. conferendi, aut, quod cur
ignominia noſtra dicitur, iis ſaltem nos obl
ctandi *Cur* Hæc omnia locum ſuum habent:
ætas omnis non niſi ſtudiis impendatur, ne
ſe iis negotiis implicet, quæ paci, bello, leg
bus ferendis, ſeditionibus ſedandis, terræ aran
dæ, mari navigando, depoſcuntur. *C*, Sed ſi no
minu

inus inter tantos, & omnes hos conatus labo-
mus, quam in una, & levicula re, ſatius fortaſ-
, & elegantius erit, de illis, quam hac ſolicitos
ſe. Cur. Mihi vero incredibile apparet, tan-
ndem eſſe, multa & unum diſcere. C. Fortaſſis
ondum expertus es, quantum aſſiduitas poſſit:
a trita ſunt, Guttam cavare lapidem, formicas
oribus ſuis conſpicuum cumulum (coacerva-
, Apes ſedulitate mira efficere: unius te mone-
. Nonne exiguum eſt, ſententiam diſcere, pręſ-
tim ſi brevis ſit? Cur. Eam momento di-
. C. Laudo, atq; harum ſingulis diebus duas
emoriæ poſſes tradere, ſc. ad prandium, & cœ-
m? Cur. Quidni poſſem? C. Si per unicum an-
m illud præſtare velles, nonne ſeptingentas
ginta ſententias colligeres Cur. Video. Quam
ro admirabilis eſſes, & ſententiarum copioſus
minibus videreris, ſi ad ſingulas materias (ita
im diſtribuendę eſſent) vnam, aut plures egre-
is ſententias adferre poſſes: Nec laus ea magno
i conſtaret. Cur. Agnoſco. C. Idem de hi-
riijs cogita. Facilimũ enim eſt, ſingulis die-
s duas hiſtorias (illuc enim inclinat ingenium
manum) apprehendere, ut eæ tibi ad negotia
uſui ſint, tum etiam plures anni, majorem
merum efficient. Cur. Quid ſi eas retinere non
ſſim? C. Crede mihi, ſi mediocriter ingenio
les, nunquam ita tibi excident, quin in con-
nienti, & propinqua materia, non ſuccurrant
rum, vel ſane ab alijs recitatæ, minus novæ
pareant, præſertim, quæ ingenio tuo propio-
ſunt: tu vero jam intelligis, quam diligẽtia &

labor incredibilia præſtare poſſint. Cur. Intel
go. C. Id Plantini Architypographi ſymbolū e
Circinus altero pede ſtante, altero laborante,
inſcriptione: Labore, & Conſtantia. Cur. S
pius inſpexi hoc ſymbolum, nec notavi C. I
prime tibi in pectus, ut hoc animo aggredia
omnia, atq; ita abſolvas. Cur. Quantum c
dis temporis his ſtudijs dandum eſſe? C. Iam a
diviſti, vita noſtra brevis eſt, nec prodigere a
nos poteſt: optimum erat jam ante noſtris ani
conſultum fuiſſet, quibus hæc omnia jam di
ciſſes; nec enim tantum horarum, aut dierūm
egiſſent, quantum immodicus ſomnus, crap
nimia, nugæ inutiles, intempeſtiva exercitia,
iam amores & divagationes, tum inutiles ope
tibi abſtulerunt. Cur. Si ita eſt, merito lug
C. Profecto ita eſt: Iamque oportebat ad facul
tum ſuperiorum unam te contuliſſe, Theolog
Iuriſprudentiam, aut Medicinam, de quibus e
tibi præſcribere nihil poſſum. Cur. Quin j
accedo. C. Ita ſi lubet: ſed memento, ſicut lat
rinthum Creticum ingreſſi ſunt multi, ſed er
ribus infinitis implicati præda monſtro bifor
facti ſunt, unus ille, qui filo reditus vias nota
& ſe liberavit, & monſtri victor factus eſt: Ita
ſe facultatibus, non ductore hac Philoſophia
bria, temere immittunt, diu quidem errori
hinc inde agitantur, tandem, ab eo monſtro,
neq; homo eſt, neq; brutum, ſed utrumq;, de
ratur. Cur. Dura minaris. C. Non ego id fac
ſed quotidiana ea exempla omnium facultat
hominum, qui vel ad noxias peſtiferaſq; hæ

i, errores, falſaſq; opiniones præcipitantur, vel inſcitiam, imperitiã, barbariem iterum regre- ıntur, magno rei literariæ diſpendio, imperitę :bis periculo, ſua æterna ignominia. Sed jam ndide mihi aperi, an nonnihil commotus ſis c diſcertatione? Cur. Aperiam tibi omnia. ofectò pudet me mei, qui tantum temporis in- liter abſumpſerim quantum tu fortaſſis nõ co- :as, ſed interim vereor, ne fortaſſis par non ſim :tantiſq; ſtudijs. C. Poteris, ſi animum fervide unxeris. Cur. Ah ſi poſſes exorari. C. Ex- : a me, non opus eſt precib. Cur. Ajunt tibi : artem Notoriam, qua exiguo tempore multa ›rehendere poſſis? C. Nonne dixi tibi eſſe eã, borem, & Conſtantiam? Cur. Quid ſi ali- id amplius eſſet? C. Fortaſſis eſt aliquid am- us, ſed hujus temporis non eſt, ea explicare: ad me redieris, accipies Cur. Obſecro te, obi- ſaltem aliquid monſtra. C. Summa rei eſt, ut figuras fortius res tibi imprimas convenien- locatas: veluti Davidis facilius meminiſſe po- is, ſi cytharam inſpexeris, Marci, ſi Leonem: hæc ſuas regulas & induſtriam habent. Didi- :ine pingere? Cur. Nunquam C Sed latrun- is ludere? Cur. Optime. C. Latrunculorũ ıs a Philoſopho quodam excogitatus eſt, cum es in caſtris intolerabili fame laboraret, ita poſuit ei, cum altero die ederet, alterum per ım famis oblivisceretur. Cur. Quid ais? C Sed: materiam noſtram: Pingere pro tuo uſu, eo- n tempore didiciſſes, quo latrunculis perfecte ere: non dubito enim, quin huic ludo aliquot

horas tribueris, & tamen illud magis conveniſ-
ſet tibi, tantum intereſt, quid eligamus. Gladia-
toriam artem didiciſti? Cur. Scilicet, ut corpu-
meum exercerem. C. Idem feciſſet ligo in mani-
bus, quo terræ glebas effodiſſes, atq; minore pe-
riculo: nec enim oculi hic, aut man⁹, aut brachi-
petũtur: illius autem loco, ſi Architecturam per-
curriſſes, quanto illa tibi eſſet ad vitam ornamẽ-
to, ad Rempublicam utilitati, ad œconomian-
commodo? Cur. Is ſum, qualẽm me vides, ſed
qui, ſi vivo alius futurus. C. Fiat ita, & Deus vo-
tis tuis annuat! Cur. Igitur Magia tua nulla eſt.
C. Trinitatem teſtor, nullam aliam eſſe, quam
multarum artium ſtudium, illudque aſſiduum.
Cur. Et quid mihi opus erat illis dejerationibus
& devotionibus meis? C. Illa quatuor præcepta
intelligis, & ſcenicum apparatum? Cur. Ita. C.
Ha ha he! Ita omnes curioſos excipere ſoleo,
maloque hanc de me opinionem retineant, &
mihi me rel nquant, quã inutili, & intempeſtiv-
conventione turbent. Tu tamen vide, an non in-
dignum ſit, talia vitia ob Magiæ ſtudium omit-
tere, ob Dei præcepta ſive amorem ſolum non
omittere. Cur. Ego ſedulo ea obſervabo, quod
Deus feliciter vertat. C. Oportebat omnino m-
tibi ea proponere, cum hinc apud impiam, & ſce-
leratam turbam in ſuſpicionem venerim. Cur.
Ego vero libenter ea amplector: jam ante enim
video quantum quietis, & tranquillitatis vitę ad-
ferant, etiamſi Dei mandata in medio non eſſent.
Cur. Sed etiam reliqua Dei præcepta obſerva: e-
go hæc quatuor tantum numeravi quoniam o-

male audio. Cur. Quid itaq; mihi iam deeſt? C.
ihil, quod ſciam, ſi tu ipſe tibi adfueris. Deus e-
m, cuius ſol etiam impiis oritur, nunquam piis,
neſtiſq; conatibus deeſt, reliqua tua ſunt. Cu.
inſtitutoris mei: Sed quis ille erit? C. Inſtitu-
re, neſcio an egeas, monitore fortaſſis. & labo-
m ſocio: ad quæ ſi mea opera uti volueris, ego
e id Reipublicæ debere profiteor. Cur. Itaq;
oleſtum tibi non erit, ſi ſæpius te convenero:
Imo etiam iucundum. Cur. Quid ſi etiam plu-
in ſocietatem adſciſcam? C. Quotquot lubet,
odo boni & ingenioſi ſint. Cur. De didactro
er nos conveniet. C. Gratis faciam, atq; gra-
s vobis agam. Cu. Si eo animo es, non amplius
ror repudiaſſe te ampla ſtipendia, & gratis ha-
nus ſerviiſſe. C. Iterum ex hominum ore lo-
eris. Cu. Ergo in his ædibus conveniemus. C.
., atque declamabimus. Cur. Et ſyllogiſmos
ctemus. C. Et rerum nomenclatorem percur-
nus. Cur. Et Notoriam artem exercebimus C.
ſydera intuebimur. Cur. Et terras metiemur,
heſauros noſtros computabimus C Et natu-
n ſcrutabimus. Cu. Et mores noſtros forma-
nus. C Et hiſtorias recitabimur. Cur Et cre-
ntiũ vires experiemus. C. Et Mechanicis ſub-
tatibus nos oblectabimus Cur. Et cane-
s. C. Et varijs Inſtrumentis muſicis ludemus:
r. O Scholam noſtram Philoſophicam, quã-
primum ingrediar! C. O Tempus, illud,
o incepimus nos, atque noſtra noſſe! Cur. Nõ-
ita parabitur nobis via ad omnes facultates,
n iis ferè nuſpiam impingamus! C. Hæc mea

lun-

ſententia eſt, nunc alios etiam conſule, ſed abrumpamus tandem. Cur. Libenter, poſtquam promiſſionibus tam largus es. C. Faxit Deus, ne quod verbum nobis inutile excidat, ne quod temporis momentum inutiliter effluat, nequis malus conſultor ab hoc inſtituto noſtro dimoveat. Cur. Vale mi Chriſtiane, & hominum inſaniam perge ridere. Chr. Illud facio, ſed jam Vale.

DEO GLORIA.

PERORATIO.

;I perlegiſti hæc mea, cordate lector, nec ſeria plane, nec omnino iocoſa, oro benigne ımittas, nec ad ingenii tui nobilioris amuſ'm examines. Vnius homuncionis vox eſt, du-iter à multis diu habiti, & fortaßis contra 'ecorum ſtimulati. Non deſunt tamen etiam x beatiorum numero, qui talia mußitant, & nox iterum ſub meliorum ſpei atq; expecta-ionis pulvere ſepeliunt. Sane ut inter ebrio-um ſtrepitus multa eſt ac alia lingua liber-as, quam cum ſobrii aßident, ita hoc ſtrepe-um noſtrum ſeculum nugarum feracius eſt & tolerantius, quam olim cum fidei, & eru-'itionis res ſerio agerentur. Iacta alea eſt, um nullius, opinor, boni iniuria, malorum 'ero fremitus ad poſteritatem non deſcendit. ;rit ubi detecta humanæ ſcenæ larua noſmet ıude introſpiciemus, & quæ diu multumq; errefecit exercuitq; tyrannicam hypocriſin, ·lenis, liberisq; cachinnis irridebimus: Inte-imſi quid noſtra præſens ac diuturna infeli-itas arcanorum mundi obiter prodidit, id o-nne ſimplicioribus, credulisq; dedicatum vo-

lumus, ne eaſdem caſſes, figmenta, inanitateſque poſt nos repetant, & ſerius quam humana breuitas vitæ permittit, vera monito fateantur. Sed caue, caue mi lector putes, inter hos humanæ vitæ defectus, vel ſacram noſtram Religionem, quam ſartam limpidamq́ nobis tot fideles Chriſti ſervi cuſtodiunt, vel auream illam pacem, qua ſub Principum noſtrorum regimine fruimur, vel nobiliſſima ſcientiarum, artium, linguarumq; palæſtras ac felicitatis omnigenæ veluti ſeminaria, tanto ſumptu nobis erecta, propagataq;, vel in vniuerſum publicam, priuatam orbis Chriſtiani diſciplinam minus æſtimari, ne dum petulanter irrideri, quæ Phariſæorum, ſycophantarum, & barbarorum leuiſſima vox eſt cum potius agnoſcamus & honoremus innumerum plane eorum numerum, qui ſuccum, ſanguinemq́; ſuum Reipublicæ fideliter ſimul, & anhelantes impendant, quiq́; cum gemitu & lachrymis eorum ſocietatem, intermixtionemq́; intuentur, quos peſſime meritos, & ſupplicia dignos benignior tamen fama, & liberalior fortuna ſolet comitari. Vnde id tibi ſerio, ac identidem inculcandum, idem videri piaculum, bonorum laboribus & famæ inſultare,

ſultare, ac malorum otio ac ſagina aſſenta-
: fidelium preces & ſuſpiria irridere, & im-
oſtorum fucos & flagitia diſsimulare Quod
num ſi imbiberis, poſthac huius ergaſtuli no-
ri querelas credes, non contumelioſas, &
urriles, ſed ſerias, deuotas, ſimplices, &
uæ conſcientias reorum ipſorummet appelli-
ent, deniq; eas, quæ ad ipſum Ieſu Chriſti
tribunal audacter, ac breui quod ſpera-
mus, ſint comparituræ.

CHO-

CHORUS G. BUCHANANI EX Trag. Baptiſtes.

ADfurta qui ſe comparat,
Nocturna vitat lumina.
Odit facem ſicarius,
Sui furoris conſciam.
Puer recuſat pharmaca,
Condita amaro abſinthio,
Abhorret à ſalubribus,
Vulnus reſectum emblaſmatis.
Occulta cui mentis mala,
Secreta rodunt pectora,
Huic eſt moleſta veritas,
Quæ cor revelat turbidum.
At vos ſeveri hypocritæ,
Quos fronte duros tetrica
Lucrum juuat nefarium, ex
Errore vulgi creduli,
Quantumlibet recondita
Celaueritis crimina,
Quamvis tegatur ſordida
Sentina mentis impia,
Vos veſtra conſcientia
Secreta rodens arguit
Vos clauſus intra viſcera
Occultus exeſt carnifex
Duro flagellans verbere.
O terbeatum & amplius,
Qui purus animi ad iudices
Non ſit reus domeſticos
Clauſo nec in præcordiis
Tortore ſemper vapulat.

FINIS.